




Ansible
7/30/28





ІОАНН СТАРШИЙ

IOH. CHRIST. FABRICII

PROF. HIST. NAT. OECON. ET CAMERAL. SOC. REG.
HAFN. NORW. ET BEROL. SOC.


PHILOSOPHIA ENTOMOLOGICA

S I S T E N S

SCIENTIAE FVNDAMENTA

ADIECTIS

DEFINITIONIBVS, EXEMPLIS, OBSERVATIONIBVS,
ADVMBRATIONIBVS.




HAMBVRGI et KILONII
IMPENSIS CAROL. ERNEST. BOHNII
MDCCLXXVIII.

*Hominum commenta delet dies, at Naturae opus
peragatur.*

PL
463
F12P
1778
SCN H20

INDVLGENTISSIMO
M V S A R V M P A T R O N O
ILLVSTRISSIMO COMITI
A B E R N S T O R F.

S.





PRÆFATI O.

*M*nte iam duodecim annos fundamenta haec entomologica posui, ut haberem, quibus sistema superstruere possim. Vidi Botanices præstantiam in primis certitudine niti, vidi vacillantem Entomologiam, classes ludicras, genera falsa, species haud determinatas et

P R A E F A T I O.

nomina saepius absurdā. Examinaui tan-
tem scientiarum tam affinium diuersitatem
et in illa omnia firma, certa, in hac vero
omnia vaga inueni. Certitudinem hanc Bo-
tanices regulis fixis bene stabilitis niti ob-
seruaui, quum e contrario in Entomologia
omnino nullae sanctitae. Quisque sibi hic
regulas fingit, quibus systema superstruit,
quin plurimi omnino regulas respuunt, quo
ipso systemata fallacia redduntur et tanta
orta confusio, ut magis figuris quam syste-
mati confidamus.

Botanicorum ideo, in primis vero prae-
ceptoris optimi summi Linnaei, systemati-

bus,

P R A E F A T I O.

*bus, regulis operam dedi, ut fundamenta
solida certitudinis scientiae cognoscerem et
Entomologiae applicarem. Hoc studio phi-
losophia haec entomologica orta, cui postea
systema proprium superstruxi.*

*Continet philosophia haec varias par-
tes, quae omnes ad scientiae theoriam spe-
stant, omnes scientiam firmiorem, certio-
rem reddunt, ut tandem pedibus insistat
hanc vacillantibus.*

*In Bibliotheca entomologica plures sa-
ue scriptores enumerare potuissim, at in-
ter enumeratos plures iam superuacanei.
Non enim est lectionis farrago, sed obser-*

P R A E F A T I O.

vationes propriae, quae scientiae heroes praebent.

Partes Insectorum Instrumentaque cibaria determinare, rite definire et terminologiam firmare operam dedi. Primum est systematis fundamentum, ne characteres vagi dubiique euadant. Terminologia confusa omnia confunduntur.

Metamorphosin et determinationem laruarum puparumque quallemcunque addidi, at mihi nullo modo satisfecit. Multa adhuc latent, nec nota rite tradita. Forte instrumenta cibaria et laruarum characteres praestantissimos praeberent, at hos

assequi

P R A E F A T I O.

assequi nondum valui. Praestantissimos Entomologos his in primis operam dare vellem, ut nitor scientiae magis magisque fulgeat.

Sexus et generationis theoriam continet. Observationes huc spectantes omnes breuitatis caussa tradere haud potui; conclusiones tantum proposui. Alio loco aliquaque opere, si fata velint, observationes hasce qualescumque sistemam.

Characteres essentiale systematis continent. Regulas hic paullo arctiores dedi exemplisque illustravi, quum his tota nita tur scientia. Entomologis veris in primis

P R A E F A T I O.

strenue commendo: characteres omnes iisdem semper partibus desumendos. Regula enim hac haud obseruata chaos omnino erit res entomologica.

Nomina Insectorum distincte tradere conuenit. Nomina si pereunt, perit et cognitio rerum: nomina si confundantur, confundantur omnia necesse est.

Differentiis fixis, rite elaboratis itidem nititur Entomologia, quum omnis vera cognitio specierum cognitioni superstruatur. Probe ideo obseruandum, nunquam speciem absque differentia rite eruta propo- nendam esse.

P R A E F A T I O.

Adumbrationes, Oeconomia et Vsus obseruationes partim ad systema, partim ad naturam spectantes praebent; Entomologiam et iucundiores et utiliores redundunt.

His vtere, L. B. nostrisque studiis favere perge.

Dab. Kiliae d. xx. Febr. 1778.



CON-



C O N S P E C T V S.

I. Bibliotheca	Pag. 1
II. Insectum	18
III. Instrumenta cibaria	37
III. Metamorphosis	53
V. Sexus	70
VI. Dispositio	78
VII. Nomina	101
VIII. Differentiae	123
IX. Adumbrationes	143
X. Oeconomia	161
XI. Vfus	172









I. BIBLIOTHECA.

§. 1.

Bibliotheca entomologica enumerat libros de Infectis scriptos.

Bibliotheca Entomologo necessaria, docet historiam, fata, methodum et desiderata scientiae.

Bibliotheca tyroni necessaria, docet, quos autores euoluat, qui vtiles, qui superflui, quum verbositas scientiae calamitas maxima.

§. 2.

Bibliotheca entomologica vix ante tempora Gefneri ascendit. Antecedentes pauci, obscuri, vix in considerationem veniunt.

Entomologia Botanica iunior tam alte ascendere haud valet.

Scripta vetustissima de infectis obscura, referta speciebus, quae nullo modo extricare valimus absque descriptionibus et figuris, relinquenda.

§. 3.

Entomologi vocantur auctores opere aliquo de infectis clari aut Systematici, aut Empirici.

Systematici scientiae fundamenta struunt, inaedificant, Empirici vero obseruationes vagas ad aedificii ornamentum colligunt.

Entomologi primarii secundum tempus numeramus.

GESNERVS		
Bauhinus	1541	Catesby
Aldrouandus	1598	R E A U M U R
Clusius	1602	Seba
Hoefnagel	1611	Hebenstreit
Mouffet	1630	L I N N E
Marggraf	1634	Frisch
Piso	1648	Rumph
Rhede	1648	Edwards
Ioniston	1646	R O E S E L
Hoocke	1653	Bonnet
Jacobaeus	1667	Admiral
Malpighi	1668	Wilkes
Swammerdam	1669	Griselini
Lister	1675	Degeer
Merian	1678	Hill
Goedart	1679	Koelreuter
Blancart	1685	Adanson
Jungius	1688	Clerk
Bonanni	1691	Vandelli
Leuwenhoeck	1691	Schreber
Vallisneri	1695	Gleichen
Petiver	1700	Lyonet
Bidloo	1702	Scopoli
RAIVS	1704	Millhauser
Derham	1710	G E O F F R O Y
Valentyn	1714	Schaef er
Albin	1724	Brünniche
Marsigli	1724	Poda
Reuscher	1726	Müller
Breynius	1729	Voet
	1731	Pallas
		Schluga

Schluga	1767	Cramer	1775
Allioni	1768	Schieffermüller	1776
Drury	1768	Esper	1777
Stroem.	1769	Goeze	1777
Sepp.	1772	Fueslin	1777

§. 4.

Systematici infecta in Clases, Ordines, Genera, et species disponunt, eoque determinacionem et denominationem specierum facilitant. Sunt vniuersales aut particulares.

In systemate consistit fundamentum scientiae, hoc enim sublato deficit omnis et determinatio et denominatio specierum.

Systemata inuenimus in entomologia varia, at plura adhuc desiderantur.

§. 5.

Systematici vniuersales omnia infecta illis nota in ordinem redegerunt.

Praecipui eorum sunt:

IOH. RAVS, *Anglus*, Methodus Insectorum. *Londini* 1708. 8.

- - - - - Historia Insectorum. *Londini* 1710. 4. Opus posthumum.

Clases a metamorphosi desumfit, Ordines a numero pedum.

I. Ametamorphota.

1. Apoda. Vermes.

a. terrestria.

b. aquatica.

2. Pedata.

a. hexapoda.

α. terrestria.

β. aquatica,

b. octopoda.

c. quatuordecimpoda.

d. polypoda;

4 I. BIBLIOTHECA.

$\alpha.$ terrestria;

$\beta.$ aquatica.

II. Metamorphota.

I. Laruis et pupis agilibus.

2. Pupa immobili.

 a. koleoptera.

 b. aneloptera.

$\alpha.$ alis farinaceis.

$\beta.$ alis membranaceis.

 * diptera bipennia.

 ** tetraptera quadripennia.

III. Metamorphosi simplici e vermiculo in animalculum volatile, interposita aliqua quiete.

MARTIN LISTER, *Anglus*, Systema Entomologiae in appendice ad Raji Historiam insectorum. Lond. 1710.

Classes ab oui figura, Ordines a numero pedum.

I. Ex ouis sphaericis, quae nullam subeunt metamorphosim.

 a. pedibus senis.

 b. pedibus octonis.

 c. pedibus plurimis.

 d. pedibus nullis. Vermes.

II. Ex ouis longiusculis, quae metamorphosim subeunt.

 a. koleoptera.

 b. anelytra.

$\alpha.$ pennis quatuor nudis.

$\beta.$ pennis quatuor farinaceis.

$\gamma.$ pennis duabus.

CAROL. A LINNE, *Suecus*, Systema Naturae per tria regna Naturae 1735. fol. 1768. Edit. 12. 8.

Classes ab alis, Ordines a variis partibus desumfit.

I. Coleoptera.

 a. antennis clauatis.

 b. antennis filiformibus,

 c. antennis setaceis.

II. Hemiptera.

 a. rostro inflexo.

 b. rostro pectorali.

III. Lepi-

III. Lepidoptera.

IV. Neuroptera.

V. Hymenoptera.

VI. Diptera.

VII. Aptera.

a. pedibus sex.

b. pedibus pluribus.

a. capite cum thorace vnto.

β. capite a thorace distincto.

JOH. AVG. ROESELL V. ROSENHOFF, *Germanus*,
Infektenbelustigung 1746.

Systema in Prolegomenis proposuit a metamorphosi de-
sumtum,

I. Terrestria.

1. metamorphosin subeuntia.

a. laruis hexapodis.

b. laruis 10 — 16 podis.

c. laruis 18 — 22 podis.

d. laruis apodis.

2. absque metamorphosi.

a. pedibus sex.

b. pedibus octo.

c. pedibus decem.

d. pedibus pluribus.

e. pedibus nullis. Vermes.

II. Aquatica.

1. metamorphosin subeuntia.

a. laruis 6 podis.

b. laruis 16 podis.

c. laruis apodis.

2. absque metamorphosi.

a. pedibus sex.

b. pedibus octo.

c. pedibus decem.

d. pedibus quatuordecim.

e. pedibus nullis. Vermes.

GEOFFROY, *Gallus*, Histoire des Insectes. Paris
1762. 4.

Retinet Classes Linnaei ab alis desumptas, exceptis hymenopte-
ris, quae cum neuropteris coniunxit. Ordines
a numero articulorum tarsi confecit.

I. Coleoptera.

- a. coleopteris integris, duris.
 - α . tarforum articulis quinque.
 - β . tarforum articulis quatuor.
 - γ . tarforum articulis tribus.
 - δ . tarforum primi et secundi paris pedum articulis quinque: pedum vero posteriorum articulis quatuor.
- b. coleopteris dimidiatis, duris.
 - α . tarforum articulis quinque.
 - β . tarforum articulis quatuor,
 - γ . tarforum articulis tribus.
 - δ . tarforum primi et secundi pedum paris articulis quinque: pedum vero posticorum articulis quatuor.
- c. coleopteris mollibus, membranaceis.
 - α . tarforum primi et secundi pedum paris articulis quinque: posticorum vero pedum quatuor.
 - β . tarforum articulis duobus.
 - γ . tarforum articulis tribus.
 - δ . tarforum articulis quatuor,
 - ε . tarforum articulis quinque;

II. Hemiptera,

III. Lepidoptera,

IV. Tetraptera.

- a. tarforum articulis tribus.
- b. tarforum articulis quatuor,
- c. tarforum articulis quinque.

V. Diptera,

VI. Aptera.

Ego Systema Entomologiae secundum numerum, figuram, proportionem et situm omnium partium oris elaborau. Flensburgi 1775.

Genera Insectorum. Kiliae 1777.

I. Eleuterata.

- a. antennis clava lamellata.
- b. antennis clava perfoliata,
- c. antennis clava solida.
- d. antennis moniliformibus,
- e. antennis filiformibus,
- f. antennis setaceis,

II. Vlonata.

- a. antennis filiformibus.
- b. antennis ensiformibus.
- c. antennis setaccis.

III. Synistata.

- a. elingua.
- b. lingua.

IV. Agonota.

V. Vnogata.

VI. Glossata.

VII. Ryngota.

- a. rostro inflexo.
- b. rostro arcuato.
- c. vagina pectorali.

VIII. Antliata.

- a. proboscidea.
- b. haustellata.

§. 6.

Systematici particulares vnius tantum classis, quin et generis amplioris systema composuere.

Systemata particularia rite elaborata systemati universali certitudinem et nitorem praebent.

Pauca iam elaborata inuenimus, alia desiderata Entomologis oculatis commendo. E. gr. Ichneumones, Apes, Curculiones, Tineas aliaque.

Scarabaeorum siue Eleuteratorum ordines elaborauit MARTINVS LISTER in appendice ad RAI historiam insectorum. *Lond. 1710.*

I. Terrestres.

- a. corniculis laminatis.
- b. corniculis capillaceis siue acutis.
 - $\alpha.$ alarum thecis integris.
 - $\beta.$ alarum thecis mutilatis.
- c. corniculis promuscide insertis. Gurgulliones Veterum.
 - $\alpha.$ vnica in medio iunctura.
 - $\beta.$ pluribus iuncturis certe ad extrema.

d. os aculeo instructum culicum more sive Cimices
Veterum.

II. Aquatici.

- a. aquae dulcis.
- b. aquae marinae.

RENE ANTOINE REAUMUR Gloffata secundum
numerum pedum laruae in ordines redegit.

1. Larua pedibus intermediis 8. omnibus 16.
2. Larua pedibus intermediis 6. omnibus 14. segmentis 4. 5. 6. 10. 11. pedibus destitutis.
3. Larua pedibus intermediis 6. omnibus 14. segmentis 4. 5. 9. 10. 11. pedibus destitutis.
4. Larua pedibus intermediis 6. omnibus 12. posticis nullis.
5. Larua pedibus intermediis 4. omnibus 12.
6. Larua pedibus intermediis 2. omnibus 10.
7. Larua pedibus intermediis nullis omnibus 8.

SCHIEFFERMULLER eorundem Gloffatorum ordines composuit partim ex laruae partim ex imaginis structura.

Verzeichnifs der Schmetterlinge der Wiener Ge-
gend. Wien 1776.

I. Sphinges.

II. Phalaenae.

α. Bombyces.

- a. laruis 16 podis.
- b. laruis 14 podis.
- c. laruis apodis.

β. Noctuae.

- a. laruis 14 podis.
- b. laruis 16 podis.
- c. laruis 12 podis.

γ. Geometrae.

- a. laruis 12 podis.
- b. laruis 10 podis.

δ. Pyralides.

- a. longipalpes.
- b. breuipalpes.

I. BIBLIOTHECA.

a. Tortrices.

- a. virides.
- b. metallicaæ.
- c. flauæ.
- d. ferrugineæ.
- e. cinereæ.
- f. obscuræ.

ξ. Tineæ.

- a. bombyciformes.
- b. directipalpes.
- c. recurvopalpes.
- d. impalpes.

η. Alucitæ.

III. Papiliones.

- a. laruis vulgaribus.
- b. laruis easelliformibus.

MARTINVS LISTER Aranearum genus elaborauit
RAI. Hist. Inf. p. 17.

I. Odonoculi.

a. retiarii.

- α. in mediis reticulis praedam speculantes.
- β. domicilia extra reticula ponentes:

* retibus orbicularibus.

** reticulis conglobatis.

*** telis linteoformibus.

γ. Aranei minus proprie dicti.

* Araneus, qui intra speluncam telam conficit
cui foras adiectit reticulam.

** Aranei lintearii parua tela contenti.

b. venatorii.

- a. lupi.
- b. canceriformes.
- c. phalangia.

II. Binoculi siue Opiliones.

CAROLVS CLERK, Suecus, idem Aranearum genus diuisit. Aranei Suecici. Holm. 1757. 4.

I. Aerei.

a. retiarii.

- α. verticales retibus orbiculatis.

I. BIBLIOTHECA.

- $\beta.$ irregulares.
- $\gamma.$ textores retiolis densis.
- b. saltatores.
- $\alpha.$ lupi.
- $\beta.$ phalangia.
- $\gamma.$ cancriformes.

II. Aquatici.

§. 7.

Entomologi empirici specierum numerum augent et obseruationibus variis saepe utilissimis scientiam ornant. Sunt Descriptores, Ichniographi, Monographi, Peregrinatores, Faunistae, Oeconomi, Medici, Anatomici, Physiologi, Metamorphofii, Museographi, Obseruatores, Micrographi, Theologi, Synonymistae, Bibliothecarii, Terminologi, Societates.

§. 8.

Descriptores partes et species infectorum examinant, determinant.

Exoleti. Gesner, Aldrouandus, Mouffet, Lister, Swammerdam.

Visitatiſſimi. Linné, Scopoli, Allioni, Forster, Rajus, Schreber, Schulz, Pallas.

§. 9.

Ichniographi figuras infectorum iconibus saepe nitidissimis expreſſerunt.

Icones infectorum pretiosissimae in nouissimis temporibus in luxuriam artis multiplicantur. Systema saepius relinquunt, spernunt, foliis iconibus contenti.

Rudes. Aldrouandus, Ionston, Mouffet, Blancart, Goedart.

Pretiosae viuis coloribus fucatae Sepp, Drury, Cramer, Voet, Clerk, Roessel, Admiral, Albinus, Hill, Schaeffer, Edwards, d'Aubenton, Sulzer.

Nitidae Rumph, Adanson, Barrelier, Merian.

Malae, fictitiae Louis Renard, Systeme d'un Medecin Anglois.

§. 10.

Monographi vnius tantum infecti historiam specialissimam tradunt.

Monographiae specialissimae, accuratissimae certitudinem scientiae augent.

Selectae sunt paucae *Linné* Phalaena Bombyx.

- - Meloe vesicatorius.

- - Biga insectorum.

Milhauser Bombyx Milhauseri.

Praecipuae numerantur *Breynins* Historia Coccis polonici.

Schaeffer Apus pisciformis.

- - Stratiomys Ephippium.

- - Musca Cerambyx.

Barthius Culex.

Degeer Podura, Monoculus.

- - Myrmeleon, Thrips.

- - Aphis, Ephemera.

§. II.

Peregrinatores, amore historiae naturalis incitati, diffitas regiones adiere et earum thesauros colligerunt, communicarunt.

Præstantissimi sunt *Merian* } Surinamensia.

Rolander }

Sloane } Iamaicensia.

Browne

Rumph Amboinensis.

Adanson Senegalensis.

Hasselquist Aegyptiaca.

Koenig Malabarica.

Rohr Americana.

Margraf } Brasiliana.

Piso

at Ios. BANKS, *Anglus*, et DAN. SOLANDER, *Suecus*,
socii indissolubiles viam ad ditissimam Australasiae
historiam naturalem aperuere.

§. 12.

Faunistae enumerant insecta certi alicuius loci aut
regionis.

Enumeratio sit systematica, vt ab omnibus intel-
ligi possit.

Addantur Locus, Tempus, Metamorphoses,
Descriptiones specierum nunc detectarum,
Obseruationes.

Primarii sunt *Linné Suecica*.

Geoffroy Parisina.

Scopoli Carniolica.

Schaeffer Ratisbonensia.

Müller Friderichsdalina.

Lister Anglicæ.

§. 13.

Oeconomiae usum aut noxam insectorum in vita
communi tradunt.

Linné Noxa Insectorum *Schirach de Apibus*.

- *Phalaena Mori* *Réaumur de Tineis*.

- *Hospita Insector. Flora*. *Du Hamel de Tineis*.

Gleditsch de Locustis. *Berniz de Cocco polonico*.

§. 14.

Medici vires insectorum in corpus humanum exa-
minarunt.

Linné Meloe vesicatorius.

Wedel de Cantharidibus.

Ewald de Formicarum usu medico.

Pre de Millepedis et Formicis.

Roberg de Astaco fluviatili.

Sommer de lapidibus Cancrorum.

§. 15. Ana-

§. 15.

Anatomici internam insectorum structurum obseruarunt.

Blasius Anatomia Animalium.

Lyonet Anatomia Laruae.

Swammerdam Biblia Naturae.

Oligeri Anatoma Gryllotalpae.

Muralto Anatomia Pediculi et Pulicis.

§. 16.

Physiologi actiones naturales insectorum reuelare conati sunt.

Leuwenhoeck Generationis leges.

Leewis Generatio Insectorum.

Martinet Respiratio Insectorum.

Rhedi Experimenta circa generationem.

Reyger Generatio Aphidum.

§. 17.

Metamorphosii per triplicem statum infecta fecuti sunt.

Metamorphosis insectorum triplex ad classes et genera naturalia viam pandit.

Metamorphosis multorum plane adhuc latet, in primis in Eleuteratorum classe. Rarius obseruantur, quum sub terra metamorphosin subeunt.

Roessel Insektenbelustigung.

Admiral Observations entomologicae.

Sepp Descriptiones Insectorum.

Merian Insecta Europaea et Surinamensia.

Frisch Insecta Berolinensia.

Wilkes Insecta Berolinensia.

§. 18. Mu-

§. 18.

Museographi insecta in Museo quodam afferuata
sistunt.

Insectum in Museo bene obseruatum praestat omni iconē,
necessarium omni Entomologo.

Conseruantur insecta aut *sicca* acu pertusa in cistis cera et
terebinthino obducendis et vitro claro tegendis.

Nunquam humida cistis inferenda, ne oleosa euadant.

Ad methodum qualemcumque disponenda.

Nomen genericum et specificum adscribenda.

Aliquoties cistae aere sereno aperiendae, ne mucore tegantur insecta.

Aut *humida* in vitris spiritu vini repletis.

Vitra sint omnino hyalina operculo vitreo exacte clausa, ne
auolet spiritus.

Spiritus fit clarus nec rectificatissimus ne partes insectorum
rodat.

Nomen genericum et specificum vitris adglutinandum, ideoque
vnicum insectum in singulis vitris.

Musea insectorum in Europa nunc plura. Eminent in primis nobis nota.

Museum *Reginae Sueciae*. Drotningholm.
a Linné Vpsaliae.

Academiae Hafnienis.

Dr. Schulzii Hamburgi.

Banks Londini.

Britannicum Londini.

Dr. Hunter Londini,

Tunstall Londini.

Drury Londini.

Lee Hammersmith,

Teats Londini.

Blackburn Oxonii.

Voet Hagae Comit.

Principis Hagae.

Cramer Amstaelodani.

Geoffroy Parisiis.

Mauduit Parisiis.

Allioni Taurini.

Museum *Hermannii Strasburgi.*
Fabricii Chilonii.

Museographos varios numeramus. Primarii sunt:

Linné Museum Reginae.
Olearii Museum Gottorpium.
Petiverii Museum.
Schae Thesauros.
Wormii Museum.
Zannichelli Museun.

§. 19.

Obseruatores de variis insectorum proprietatibus eorumque oeconomia solliciti fuere.

Oeconomia insectorum saepius admiranda magis excoli meretur, quum ad oeconomiam naturae viam pandat. Natura enim nusquam magis, quam in minimis tota est.

Linné Miracula insectorum.
 - - - *Oratio de memorabilibus in insectis.*
 - - - *Pandora insectorum.*
De la Pluche Spectacle de la Nature,
Senguerdi de Tarantula.
Bonnet de Aphidibus.
Reaumur Memoires.
Deger Memoires.
Swammerdam de Ephemeræ vita.
Roberg de Formicarum natura.

§. 20.

Micrographi oculo armato insecta minutissima detegunt, describunt.

Microscopiorum ope in nostris temporibus novum quasi mundum detegimus. Natura enim in minimis ut in maximis infinita.

Praecipui sunt v. *Gleichen varia,*
Ioblon Obseruationes,
Leuvenhoeck Arcana Naturæ.

Bonanni

Bonanni Observations.
Müller Historia Vermium.

§. 21.

Theologi aut insecta biblica explicant, aut theologiae naturalem e cognitione infectorum demonstrant.

- Bochart Hierozoicon.*
- Maji Historia animalium sacr. script.*
- Scheuchzer Physica sacra.*
- Raji sapientia diuina.*
- Derham Physico theologia.*
- Lesser insecto theologia.*
- Linné Oeconomia Naturae.*

§. 22.

Bibliothecarii libros de insectis scriptos vario modo enumerant.

Bibliotheca rite instructa Entomologo necessaria in primis ad synonymiam rite extricandam.

- Bruckmann Bibliotheca animalis.*
- Le Long Scriptores historiae naturalis Galliae.*
- Scheuchzer Bibliotheca historiae naturalis.*
- Gronovius Bibliotheca regni animalis.*
- Munchhausen Bibliotheca.*

§. 23.

Synonymistae diuersa nomina insectis imposita colligunt.

Synonymia infectorum necessaria, ut de singulo infectorum obseruata mox innotescant.

Synonymia infectorum difficilius eruitur; Veterum descriptiones, figurae inextricabiles, nostri saeculi vero auctorum nomina et species nimis multiplicata.

Goeze Collectanea 1777.

§. 24.

Terminologi terminos technicos Entomologiae docent, explicant.

Termini technici rite determinati scientiam facilitant.

Linné Fundamenta Entomologica,
Peuceri Appellationes.

§. 25.

Societates ad scientiarum incrementum institutae varia de insectis Actis suis inferuerunt.

Societatum usus ad conseruandas obseruationes miscellaneas eximius.

Societas Anglica.

Germanica Naturae Curiosorum.

Taurinensis.

Berolinensis.

Gallica.

Hafniensis.

Vpsaliensis.

Holmensis.

Norwegica.

Lusatrica aparia.

Naturforscher.



II. INSECTVM.

§. 1.

Insectorum partes primum a tyrone distinguae fuit quatuor: Caput, Truncus, Abdomen et Artus.

Omnis insectorum descriptio recta determinatione partium nititur, itaque haec ante reliqua elaboranda.

§. 2.

Caput thoraci affixum, sensus fere omnes complectens, continet rudimentum cerebri, integumenta et cutem osseam cataphractam constatque ore, oculis, antennis, fronte, gula, stemmatibus.

Caput plerisque distinctum, paucis cum thorace coaliitum:
Aranea, Cancer.

Quibusdam angustatum antice: Curculio, Panorpa; postice:
Attelabus, Raphidia.

§. 3.

Os cibum hauriens omnibus commune constat
clypeo, labiis, mandibulis, maxillis, galea,
palpis, lingua spirali, proboscide, rostro,
haustello.

Clypeus, os superne tegens.

Labia, os inferne claudentia, ne hausta eruant.

Mandibulae duae, transuersales, corneae, latera oris superne includentes.

Maxillae, itidem duae transuersales saepius membranaceae,
latera oris inferne includentes.

Galea,

Galea, cylindrica, obtusa, fere vesiculosum, maxillarum dorsum tegens.

Palpi duo, quatuor, sex, articulati, sensorii, mobiles.

Lingua spiralis, inter palpos reflexos latens, conuoluta.

Rostrum, vagina articulata vniuersali setas plerumque tres continens.

Haustellum, setis constans vagina aut nulla, aut biualui inarticulata inclusis.

Proboscis, carnosa stipite cylindrica, recta, capituloque bilabiato, retractili.

§. 4.

Oculi, quibus vident colores, differunt, quoad numerum, situm, connexionem, compositionem, figuram.

Numerus bini plerisque.

sex. Aranea.

octo. Aranea.

Situs approximati. Monoculus.

distantes. Scarabaeus.

frontales. Phalangium, Aranea.

laterales. Phalaena, Aranea.

Connexio testae innati. Monoculus.

prominuli. Cicindela. Agrion.

pedunculati. Cancer. Diopsis Linn.

Compositio simplices. Scarabaeus, Cancer.

compositi. Bombyx, Musca.

Figura sphaericci. Aranea.

oblongi. Buprestis.

rotundati. Agrion.

§. 5.

Antennae articulatae, mobiles, sensoriae, differunt secundum numerum, situm, proportionem, figuram, articulos, apicem, connexionem.

Numerus nullae. Aranea, Trombidium, Phalangium.

duae, plerisque.

quatuor. Oniscus, Pagurus.

sex. Aesculus.

- Situs* in fronte. Stratiomys.
 in cantho oculorum. Cimex. Cicada.
 supra oculos. Ricinus.
 sub oculis. Notonecta.
- Proportio* corpore breuiores. Scarabaeus.
 corporis longitudine. Cerambyx, Leptura.
 corpore longiores. Cerambyx, Locusta.
 breuissimae. Nepa, Laternaria.
- Figura* filiformes, vndique eiusdem crassitiei. Elater.
 clauatae, extrorsum crassiores. Papilio.
 attenuatae, in medio crassiores. Zygæna.
 setaceæ, versus apicem tenuiores. Cerambyx.
 subulatae, breues, acutæ. Libellula.
 ensiformes, latae, triangulares. Truxalis.
 palmatae, in lacinias diuisæ. Nepa.
 biclaudatae, articulo medio et ultimo apice crassioribus. Cimex.
 irregulares, articulis aliquot cymbiformibus, irregularibus. Cerocoma.
- Articuli* moniliformes, articulis orbiculatis. Tenebrio,
 Chrysomela.
 cylindricæ, articulis cylindricis. Sepidium.
 ferratae, articulis apice alterius lateris dilatatis.
 Elater.
 pectinatae, articulorum latere interiori ciliato.
 Bombyx.
 pilosæ, articulis setis rigidis distantibus distinctis.
 barbatae, articulorum pilis fasciculatis. Phalaena.
 aculeatae, articulorum aculeis recurvis. Cerambyx datus.
 obconicae, articulis basi angustioribus. Carabus.
 squamatae, articulorum squamulis quadratis,
 erectis. Sphinx.
 multiarticulatae, articulis plurimis. Aestacus.
 pauciarticulatae, articulis paucis. Syrphus.
Apex fissiles, capitulo in lamellas diuiso. Scarabaeus,
 Melolontha.
 perfoliatae, capituli articulis vndique prominulis,
 distantibus. Dermestes, Hydrophilus.
 solidae, capitulo ouato, integro. Hister.
 securiformes, articulo compresso altero lateri
 dilatato. Syrphus.

Apex.

- Apex* vncinatae, articulo vltimo acuminato, recurvo.
Papilio Proteus.
 fissae, articulo vltimo bifido. *Cancer.*
 excauatae, capitulo retuso impressio. *Laternaria.*
 obtusae, articulo vltimo obtuso.
 acuminatae, terminantur mucrone. *Tabanus.*
 dentatae, articulo vltimo oblique truncato, den-
 tato. *Tabanus.*
 aristatae, articulo vltimo seta terminato. *Musca.*
Cimex. Syrphus.
 plumatae, articulo vltimo seta radiis lateralibus
 instructa terminato. *Musca. Syrphus.*
Connexio distantes, a se inuicem remotae *Nepa.*
 approximatae. *Musca.*
 connatae, basi cohaerentes. *Bibio.*
 pedunculatae. *Gammarus.*

§. 6.

Frons superior capitis pars inter oculos, os et thoracem, et gula inferior inter os et pectus, differunt substantia, figura, superficie, stein-
 matibus.

Substantia cornea plerisque.

vesicularis. *Myopa.*

- Figura* acuminata, terminatur acumine inter antennas.
Gryllus.
 rostrata, acumine elongato armata. *Astacus.*
 scutata, tecta thoracis substantia cornea expla-
 nata. *Cassida. Lampyris.*
 turrita, eleuata, cylindrica, porrecta. *Later-
 naria. Truxalis.*

Superficies laevis, nullis impressionibus distincta.

glabra, nulla hirsutie praedita.

punctata, punctis plurimis vagis impressa.

fulcata, lineis altioribus impressa.

scabra, punctis eleuatis adspersa.

vnicornis, prominentia vnicce notabili acuta ar-
 mata. *Scarabaeus.*

bicornis. *Scarabaeus. Hispa. Apis.*

tuberculata, prominentia parua obtusa instructa.

Scarabaeus.

Superficies carinata, linea longitudinali eleuata, acuta. Curculio.

canaliculata, linea longitudinali impressa. Curculio.

pubescens, villis paruis tomentosa. Melolontha.

pilosa, pilis longioribus rigidioribus instrueta.

Phalaena.

hirta, villis densis longioribus tecta. Apis.

Stenimata puncta tria eleuata nitida in vertice frontis. Tetrigonia. Sphex.

§. 7.

Truncus inter caput et abdomen constat thorace, scutello, pectore, sterno.

Truncus a capite distinctus plerisque.

cum capite coalitus. Aranea, Phalangium.

§. 8.

Thorax superior trunci pars differt quoad figuram, proportionem, superficiem, marginem, futuras.

Figura linearis, aequalis vbiique latitudinis. Mantis, orbiculatus, cuius diameter transuersalis aequalis longitudinali. Silpha.

ouatus, cuius diameter transuersalis brevior longitudinali. Carabus.

strumarius, lateribus dilatato inflatis. Gryllus.

lunaris, lateribus antice porrectis. Acanthia.

retusus, antice sinu obtuso terminatur. Scarabaeus.

acuminatus, terminatur mucrone. Sepidium.

lanceolatus, porrectus antice attenuatus. Curculio anchorago.

transversus, cuius diameter transuersalis superat longitudinalem. Dytiscus.

planus, cuius discus eundem cum marginibus sicut tenet.

mucronatus, terminatur sinu obtuso cum mucrone. Scarabaeus.

testatus, totum corpus cute calcarea obvoluens. Cancer.

Proportio abdomine breuior plerisque.

abdominis longitudine. Curculio, Mantis.
abdomine longior. Curculio.

Superficies tomentosus, villis vix conspicuis tectus.

pilosus, pilis distinctis elongatis praeditus.

hispidus, setis rigidis sparsis instructus. Musca.
cristatus, dorso fasciculis pilorum exasperato.

Bombyx, Noctua.

tuberculatus, prominentiis conuexis, obtusis inaequalis. Scarabaeus, Gryllus.

aculeatus, aculeis rigidis acutis disci sparsis. Cancer. Hispa.

cornutus, prominentiis longioribus porrectis
Scarabaeus.

glaber, absque omni pubescencia.

laevis, absque omni inaequalitate.

incrustatus, testa calcarea tectus. Aesculus.

ferratus, linea longitudinali eleuata, acuta, dentata. Gryllus.

carinatus, linea longitudinali eleuata, acuta,
laeui. Gryllus.

canaliculatus, linea longitudinali impressa. Buprestis.

striatus, lineis superficialibus longitudinalibus
impressus.

fulcatus, lineis longitudinalibus profundioribus
impressus.

punctatus, punctis paruis excavatis vagis adspersus.

variolosus, punctis maioribus cicatrificantibus excauatus.

rugosus, lineis transuersis longitudinalibusque
vagis.

plicatus, incisuris profundis transuersalibus.
Aphis.

scaber, punctis plurimis eleuatis vagis.

Margo marginatus, lateribus prominulis. Silpha, Lam-pyris.

spiniferus, utrinque acuimine duro, rigido armatus. Cerambyx.

dentatus, acuminibus breuioribus horizontalibus
spatio remotis. Prionus.

- Margo* tentaculatus, tentaculis retractilibus bifidis vtrinque instructus. Malachius.
 callosus, substantia a thorace diuersa vtrinque tectus. Chrysomela collaris.
 ciliatus, setis parallelis longitudinalibus obualatus.
 erosus, sinubus maioribus aut minoribus vtrinque excauatus. Cerambyx. Prionus.
 foliaceus, marginibus valde prominentibus membranaceis. Mantis.
 deflexus, marginibus declinatis.
 ineritis, marginibus omnino laeuis.
Suturae quibus reliquis corporis partibus adhaeret, Eleuteratis propriae.
 capitis anterior.
 Elytrorum posterior.

§. 9.

Scutellum thoraci postice adhaerens, inter alas porrectum, differt quoad proportionem, figuram, superficiem, apicem.

Insecta aptera, vti et quae elytra connata gerunt, et Glosata nullo gaudent scutello.

Cohaeret quidem cum thorace scutellum, manifeste tamen distinctum nexu, vsu, figura.

Vsus scutelli inter volandum alas expandere videtur.

- Proportio* abdomine breuius, plerisque.
 abdominis longitudine. Cimex. Acrydium.
 abdomine longius. Acrydium. Membracis.
Figura subrotundum. Scarabaeus.
 ouatum. Chrysomela.
 triangulare. Cetonia.
 fornicatum, disco eleuato marginibusque deflexis. Acrydium.
 quadratum. Ichneumon. Vespa.
 orbiculatum. Musca.
 scutatum, totum abdomen tegens. Cimex.
Superficies carinatum, linea longitudinali eleuata. Acrydium. Gryllus.

Super-

Superficies lineatum, striis eleuatis longitudinalibus. *Cra-*
bro fossoria.

falcatum, linea longitudinali alte impressa. *Sca-*
rabeus.

- Apex*
- acutum. *Cetonia. Membracis.*
 - obtusum. *Melolontha.*
 - emarginatum. *Cimex.*
 - bidentatum. *Stratiomys.*
 - sexdendatum. *Stratiomys.*
 - truncatum.

§. 10.

Pectus inferior seu prona trunci pars thoraci cor-
respondet.

Pectus iisdem attamen paucioribus differentiis
gaudet, quam thorax.

Pectori plerumque pedes quatuor anteriores in-
sectorum hexapodum inferuntur.

§. 11.

Sternum, linea pectoris longitudinalis, saepe an-
tice posticeque mucronatum, differt quoad
proportionem, apicem.

Sternum scutello correspondet non in omnibus exser-
tum.

- Proportio* abbreviatum. *Hydrophilus.*
elongatum. *Buprestis.*
- Apex*
- integrum. *Dytiscus.*
 - truncatum. *Dytiscus.*
 - acuminatum. *Hydrophilus.*
 - bisidum. *Dytiscus.*
 - cornutum. *Buprestis.*

§. 12.

Abdomen annulatum spiraculisque lateralibus per-
tusum, thoraci affixum, differt secundum pro-
portionem, connexionem, figuram, seg-
menta, superficiem, marginem, anum.

**Superior abdominis pars dorsum audit, prona
vero seu inferior, venter.**

**Spiracula lateralia ad respirationem pertusa vtrin-
que tot, quot segmenta abdominis.**

Proportio breuissimum. Euania.

longissimum. Iulus. Scolopendra.

Connexio sessile, cuius diameter baseos certe aequalis sit
diametro apicis. Sphex.

petiolatum, cuius diameter baseos multo minor
diametro apicis. Sphex.

adnatum, trunci prona parte affixum. Aranea.

impositum, trunci superiori parte adhaerens. Eua-
nia appendigaster.

Figura **depressum,** cuius diameter transuersalis superat
verticalem. Scolopendra.

rotundatum, cuius diameter transuersalis aequat
verticalem. Iulus.

compressum, cuius diameter transuersalis cedit
verticali. Gryllus. Ichneumon.

lineare, vndique eiusdem crassitici. Ichneumon.
ouatum, cuius diameter transuersalis minor lon-
gitudinali, basi segmento circuli circumscripto,
apice vero eodem angustiore. Dytiscus.

orbiculatum, cuius diameter transuersalis aequat
longitudinalem. Aranea.

cylindricum, cuius diameter transuersalis aequat
verticalem, basi apiceque segmento circuli
aequali circumscripto. Ichneumon.

conicum, cuius diameter transuersalis aequat ver-
ticalem, basi segmento circuli circumscripto,
apice vero eodem angustiore. Apis conica.

clauatum, apice incrassatum, rotundatum. Euania.

falcatum, petiolatum, compressum, incuruum.

Ichneumon.

hamosum, apice obtusum, inflexum. Myopa
ferruginea.

reconditum, in fossula pectoris latens. Cancer.

Segmenta quatuor. Scarabaeus.

quinque. Dytiscus.

sex. Ichneumon.

Segmen-

Segmenta plura. Iulus. Scolopendra.

nulla segmenta distincta. Aranea.

Superficies glabrum. Iulus.

tomentosum. Syrphus.

pilosum. Musca.

fasciculatum. Buprestis.

canaliculatum. Libellula.

carinatum. Libellula.

punctatum. Buprestis.

pellucidum, segmentis corneis transparentibus.

Lampyris. Musca.

hirtum. Sphinx. Phalaena.

spinosum. Gryllus.

bicorne, prominentiis duabus cylindricis molibus. Aphis.

testatum, cute dura calcarea tectum. Astacus.

brachiatum, subtus appendiculis pediformibus instructum. Astacus.

Margo integrum. Dermestes.

ferratum, angulis acutis imbricatis prominens. Naucoris.

lobatum, in partes distinctas diuisum. Pediculus.

plicatum, plicis transuersalibus profundis distinctum. Aphis.

foliatum, vtrinque prominens, sinuatum. Mantis gongylodes.

haftatum, ventre antice spina acuta armato. Cimex haemorrhoidalis.

tentaculatum, tentacula mollia retractilia vtrinque exserens. Malachius.

Anus acuminatum. Mordella. Trichius.

stylatum, terminatur prominentia cylindrica. Aphis. Sirex.

aculeatum, aculeo rigido retractili punctorio armatum. Spex. Apis.

dentatum, prominentiis rigidis acutis distantibus distinctum. Chrysis. Apis.

lamellatum, lamellis duobus aut quatuor compressis, approximatis. Libellula. Aeshna.

foliaceum, laminis maioribus depresso superne tectum. Astacus.

papillosum, papillis prominulis textoriis. Aranea.

Anus

Anus barbatum, hirsutie longiori circumuallatum.
 Zygæna. Sesia.
 obtusum. Musca.

§. 13.

Artus thoraci abdominali adhaerentes sunt cauda, aculeus, pedes, alae, halteres, pectines. Vfus artuum ad celeriorem motum et ad defensionem.

§. 14.

Cauda abdomen terminans, eualus, differt secundum proportionem, figuram, apicem, setas. Vfus caudæ ad oua ponenda, ad motum direndum, vix vnquam ad defensionem.

Proportio corpore breuior. Forficula.
 corporis longitudine. Ephemera.
 corpore longior. Scorpio.
Figura articulata, articulis distinctis constans. Scorpio.
 recurua, versus apicem sensim adscendens. Raphidia. Gryllus.
 recta, horizontaliter exiens. Gryllus.
 inflexa, sub abdomine recondita saltatrix. Podura.
 setacea, sensim attenuata. Ephemera.
 corniculata, spina cornea, acuta, rigida. Sirex.
 forcipata, vnguis duobus arcuatis apice coniuentibus. Forficula.
 chelata, apice incrassata pollice mobili. Panorpa.
 dentata. Forficula.
 villosa. Lepisma.
Apex obtusa. Gryllus.
 acuta. Sirex.
 vnguiculata, vngue arcuatæ acuto rigido terminata. Scorpio.
Setae vnieta. Raphidia. Scorpio.
 bieta. Ephemera. Gryllus.
 trieta. Ephemera. Lepisma.
 penicillata, setis plurimis inordinatis. Iulus.

§. 15. Acu-

§. 15.

Aculeus abdomen terminans, biualuis setam punc-
toriam rigidam exferens, differt proportio-
ne, figura, marge.

Aculeus synistatis proprius, distinguitur a cauda
figura, valuulis, vſu.

Vſus ad defensionem, plerisque ad oua ponenda,
inprimis vbi exfertus est.

Proportio obsoletus. Formica.

abreuiatus. Ichneumon.

mediocris. Ichneumon.

elongatus. Ichneumon.

Figura spiralis, sub abdomine conuolutus. Cynips.

cylindricus, rotundatus, linearis. Ichneumon.

compressus. Apis. Sphex.

reconditus, intrā abdomen retractilis. Apis.

Vespa.

exfertus. Ichneumon.

Margo laevis nullis, incisuris notatus. Ichneumon.

ferratus, incisuris aequalibus imbricatis denta-
tus. Tenthredo. Apis.

§. 16.

Pedes ad celeriorem motum arctioremque adhae-
fionem pectori abdominalique affixi, constant
femore, tibia, tarso, differuntque quoad nu-
merum, situm, vſum.

Marum pedes anteriores saepius ad arctiorem copulam elon-
gati. Cryptocephalus. Cancer.

Numerus quatuor. Papilio.

sex. pleraque.

octo. Aranea.

plures. Oniseus, Iulus, Scolopendra.

Situs pectorales, pectori adhaerentes.

abdominales, abdomini inserti. Iulus, Scolo-
pendra.

dorsales, dorso affixi. Cancer dorsipes.

Vſus

- Vsus* cursorii, porrecti ambulantes. Cimex. Chrysomela.
 gressorii, anticis abbreviatis absque tarso. Papilio.
 fossorii, tibia brevi compressa dentata. Truxalis, Scarites, Scarabaeus.
 saltatorii, femoribus posticis incrassatis. Chrysomela. Cicada.
 natatorii, posticis compressis ciliatis, tarso mutico. Dytiscus. Notonecta.
 bronchiales, natatorii fessi. Monoculus.
 raptorii, femore antice canaliculato, tibiam falcatam excipiente. Nepa.

§. 17.

Femur, superior articulus pedem annectens, differt secundum figuram, marginem, apicem.

- Figura* angulatum, suturis acutis, prominentibus. Gryllus.
 incrassatum, tibia multo latius. Chrysomela. Curculio.
 incuruum, circuli segmentum describens. Musca diophtalma.
 fulcratum, lamina valida, rigida baseos. Mordella.
 canaliculatum, longitudinaliter excauatum. Nepa cinerea.
 dilatum, marginibus porrectis membranaceis. Gryllus.
Margo cornutum. Lamia pedicornis.
 dentatum, prominentia vnicet vel pluribus distantibus notatum. Curculio. Vespa.
 ferratum. Cancer. Gryllus.
 inerme. Cerambyx.
Apex lobatum, membranā prominente terminatum. Mantis.
 spinosum, spina acuta, rigida terminatum. Mantis.
 clavatum, apice crassius. Cimex.
 inerme, praecedentibus oppositum.

§. 18. Ti-

§. 18.

Tibia, secundus pedis articulus inter femur et tarsum, differt quoad figuram, superficiem, marginem, apicem.

- Figura* cylindrica. *Gryllus*. *Chrysomela*.
 compressa. *Dytiscus*. *Apis*.
triangularis, in medio angulum acutum exserens.
Trox.
fornicata, plana, latere interiore concaua. *Truxalis*.
angulata, angulis acutis prominentibus. *Gryllus*.
falcata, compressa, arcuata, acuta. *Mantis*.
pollicata, in medio prominentia aucta instructa.
Nepa.

- Superficies pilosa*. *Phalaena*, *Sphinx*.
manicata, compressa pilis densissimis inordinatis tecta. *Apis*.
tabernaculata, eleuationibus variis inordinatis sparsis.
canaliculata. *Carabus*. *Tipula*.
glabra.

- Margo*. *dentata*. *Scarabaeus*. *Truxalis*.
serrata. *Gryllus*.
ciliata, pilis approximatis parallelis. *Dytiscus*.
intermis. *Chrysomela*.
Apex. *spinosa*, terminatur mucrone acuto rigido. *Carabus*.
mutica, praecedenti opposita. *Papilio*.

§. 19.

Tarsus, plerumque articulatus pedem terminans, differt quoad articulorum, numerum, figuram, marginem, apicem.

A numero articulorum tarsi ordines insectorum desumit
Geoffroy.

- Articuli nullus*. *Scarabaeus*,
vnicus, *Papilio*,
duo.

Articuli

Articuli tres.

quatuor. *Buprestis*.

quinque. *Dytiscus*.

sex.

Figura cylindricus. *Iulus*. *Scolopendra*.

compressus. *Dytiscus*.

scutatus, articulo medio ad alterum latus dilatato, orbiculato. *Vespa cribaria*. *Dytiscus*.

spongiosus, articulis subtus mollioribus crassiribus. *Helops*. *Chrysomela*.

Margo ciliatus. *Dytiscus*.

spiniferus.

Apex vnguiculatus, mucrone arcuato acuto armatus. *Scarabaeus*.

villosum, villis plurimis inordinatis obsitus.

Sphinx. *Phalaena*.

muticus, praecedentibus oppositus, pedibus natatoriis proprius.

chelatus, articulo ultimo incrassato, fisco pollice mobili. *Cancer*. *Astacus*.

§. 20.

Alae ad celeriorem fugam thoraci affixa sunt, aut crustaceae, vaginantes, Elytra: aut molles, tenues, Alae.

Alas ad classum determinationem introduxit *Linné*, cui successores omnes secuti sunt.

§. 21.

Elytra, alae binae superiores, crustaceae, abdomen tegentes, differunt quoad proportionem, figuram, superficiem, futuras, marginem, apicem.

Elytra quibusdam classibus propria interdum conata et tunc alae posticae et scutellum defunt.

Proportio abbreviata. *Meloe*. *Leptura*.

mediocria. *Chrysomela*.

elongata. *Gryllus*. *Blatta*.

Figura

Figura: linearia. Cicindela.
 attenuata, postice sensim angustiora. Leptura,
 Necydalis.
 plana, vndique eiusdem elevationis. Blatta.
 deflexa, margine interiori altiori. Gryllus.
 cruciata, in medio flexa, vt superficies interior
 appareat. Cimex, Nepa.
 gibba, in medio valde eleuata. Chrysomela.
 flexilia, pressioni cedunt nec franguntur. Can-
 tharis, Gryllus.
 mollia, pressionis vestigia diu retinentia. Meloe.
 rigida, praecedentibus opposita. Curculio.

Superficies: tomentosa. Lagria.
 pilosa. Melolontha.
 fasciculata. Buprestis.
 laeuia, praecedentibus opposita. Chrysomela.
 scabra, punctis eleuatis distantibus exasperata.
 Cerambyx.
 tuberculata. Curculio.
 verrucosa, punctis maioribus eleuatis cicatri-
 zantibus. Curculio.
 squamata, lamellis erectis breuibus prominulis.
 Curculio.
 punctata. Carabus.
 striata, lineis longitudinalibus impressa. Carabus.
 punctato striata, punctis in lineas longitudinali-
 les digestis. Chrysomela.
 sulcata, lineis longitudinalibus profundioribus
 exarata. Carabus.
 porcata, sulcata sulcis punctis oblongis eleuatis
 adspersis. Carabus porcatus.
 rugosa, lineis variis eleuatis reticulata. Silpha
 rugosa.
 lineata, lineis eleuatis longitudinalibus. Silpha
 atrata.
 crenata, lineis eleuatis longitudinalibus vndu-
 latis. Curculio.
 spinosa, aculeis validis, rigidis, acutis armata.
 Curculio, Hispa.
 glabra, praecedentibus opposita.

Sutura: longitudinalis, margo elytrorum connuentium
 interior, Dorsalis.

- Sutura:* transuersalis, qua elytra thoraci adhaerent semper binae.
- Margo:* marginata. Silpha, Cassida.
ferrata. Buprestis.
dentata. Buprestis.
sinuata, emarginatura notata. Silpha sinuata.
inermia, praecedentibus opposita.
- Apex:* rotundata, segmento circuli terminata. Gryllus.
acuminata, mucrone rigido valido terminata.
Tenebrio.
truncata, postice obtusa, abscissa. Staphylinus.
fastigiata, apice emarginata. Leptura, Stenocorus.
mucronata, emarginata cum mucrone in medio
emarginaturae. Buprestis.

§. 22.

Alae membranaceae neruosae differunt quoad numerum, proportionem, figuram, superficiem, marginem, apicem.

In aliis Glossatorum colorum varietas in squamis erectis, coloratis.

Numerus: nullae. Cimex, Bombyx, Hippobosca.
duae. Coccus, Ephemera.
quatuor. Sphinx, Libellula.

Proportio: rudimento breui alarum. Gryllus.
anteriores longiores. Ephemera.
omnes aequales. Gryllus, Panorpa.
posteriora longissimae. Coccinella, Panorpa.

Figura: lineares. Panorpa Coa.
lanceolatae, vtraque apice attenuatae. Noctua
Verbasci, exoleta.
rotundatae, fere circulum describentes. Papilio.
oblongae. Papilio.
deltoidae, postice obtusissimae et fere retusae.
Pyralis.

Iacinjatae fissae, digitatae. Pterophorus.
rcuersae, margine exteriori alae posticae pro-
minente. Bombyx.

exsertae, pone elytra prominentes. Forficula.

Figura:

Figura: tectae, sub elytris reconditae. Eleuterata plerique.
 plicatae, lineis longitudinalibus coarctatae. Vespa.
 conuolutae, corpus arcte cingentes. Tinea.
 rhomboideae, ab angulo postico ad apicem longiores, quam ad basin. Papilio.
 incumbentes, alis superioribus inferiores tegentibus. Noctua.
 patentes, omnibus expansis. Bombyx, Phalaena.
 erectae, sursum ad se inuicem accedentes. Papilio.
 deflexae, margine tenuiori altiore, crassiori. Noctua.
 falcatae, apice acuminatae, arcuatae. Bombyx
 Atlas.
 striatae, venis eleuatis distinctis longitudinalibus exaratae.
 reticulatae, venis longitudinalibus transuersalibusque anostomosantibus. Hemerobius.
 clauatae, versus apicem incrassatae. Panorpa.

Superficies: squamatae, lamellis erectis coloratis tectae.
 Glossata.
 pilosae, setis rigidis distantibus adspersae.
 Musca. Tipula.
 nudae, praecedentibus oppositae.
 fenestratae, squamatae maculis nudis, pellucidis. Bombyx Atlas.
 coneolores, vtraque pagina eodem modo coloratae. Papilio.
 ocellatae, maculis e variis coloribus annulatis ornatae. Papilio.
 pupillatae, ocellatae puncto ocelli medio distincto. Papilio.
 coecae, praecedentibus oppositae.
 fasciatae, lineis latioribus transuersalibus coloratis distinctae. Noctua.
 strigatae, lineis angustis transuersalibus coloratis pictae. Phalaena.

Margo: crenatae, incisuris laeuissimis notatae. Sphinx.
 Bombyx.
 dentatae, incisuris maioribus distantibus. Sphinx.
 Margo:

Margo: caudatae, margine postico elongato attenuato.
Papilio, Truxalis.

emarginatae. Pyralis emargaña.
erosae, sinibus variis lacerae. Noctua libatrix.
ciliatae. Phryganea, Musca.

angulatae, prominentiis variis horizontalibus
distinctae. Sphinx.

Apex: obtusae.
truncatae. Phryanea.
acutae. Hippobosca.
acuminatae. Bombyx Atlas.

§. 23.

Halteres rudimenta alarum posticarum sub alis
Antliatorum constant aut capitulo petiolato,
aut squama membranacea fornicata.

Halteres Antliatis solis propria, iisque reliqua
insecta diptera nunquam gaudent.

Halterum usus ad aequilibrium melius obseruan-
dum videtur.

Halteres libramenta Schluga audiunt.

§. 24.

Pectines bini inter abdomen et pectus adhaeren-
tes, altero latere dentati, differunt numero
dentium.

Pectines unico tantum generi Scorpionum pro-
prii.

Numerus dentium maxime differt, quo species
Scorpionum facilime distinguuntur.

Usus pectinum adhuc plane latet.

III. INSTRUMENTA CIBARIA.

§. I.

Instrumenta cibaria infectorum sunt partes oris ad cibum hauriendum dicatae, omnibus communes.

Infectoria omnia partibus oris quibusdam gaudent, etiam ea, quae cibo nullo utuntur, ut Bombyx Mori, Ephemera.

Structura instrumentorum cibariorum maxime secundum varium infectorum alimentum differt.

Partes *oris* differentes numeramus in primis decem.

1. *Palpi*: articulati, sensorii, mobiles.
 - a. antici.
 - b. intermedii.
 - c. postici.
2. *Clypeus*: horizontalis capitum pars cornea porrecta, os superne tegens.
 - a. discus.
 - b. limbus.
3. *Mandibula transversalis* a capitum substantia cornea propagata.
 - a. mandibula.
 - b. dentes.
 - c. apex.
4. *Maxilla transversalis*, a capitum substantia interiori decompta, saepius membranacea.
 - a. maxilla.
 - b. dentes.
 - c. laciniæ.

5. *Galea cylindrica*, obtusa, maxillae dorsum tegens.
6. *Labium horizontale*, capitis pars inferior porrecta os inferne claudens.
 - a. numerus.
 - b. laciniae.
 - c. limbus.
 - d. discus.
7. *Lingua spiralis conuoluta*, bifida inter palpos stupos inserta.
 - a. lacinia superior.
 - b. lacinia inferior.
8. *Rostrum inflexum*, corneum.
 - a. vagina articulata setas continens.
 - b. setae.
9. *Proboscis membranacea*, bilabiata.
 - a. stipes cylindricus basis proboscidis capitulum sustentans.
 - b. capitulum retractile, membranaceum, bilabiatum.
10. *Haustellum porrectum*, corneum, inarticulatum.
 - a. vagina saepius bivalvis.
 - α. valvula superior.
 - β. valvula inferior.
 - b. setae numero diuersae.

§. 2.

Structura naturalissima, quae in plurimis obtinet, manifestat se in numero, situ, proportione et figura omnium partium oris.

Structura omnis est aut naturalissima, aut differens, aut singularis.

Structura naturalissima, quae plurimis generibus communis nunquam ad genera distinguenda inseruire potest, ideoque a genuino Entomologo haud diffusa describenda.

Structura differens in omnibus obseruatur generibus, vbi plures characteres ad distinguendum genus necessarii.

Structu-

Structura singularis characterem praebet generis essentiale, quo genus ab omnibus reliquis generibus distinguitur. *e. gr.*

- Maxilla cornea multidentata. *Melolontha.*
- Maxilla chelata. *Scorpio, Phalangium.*
- Palpi postici pilosi. *Cicindela.*
- Palpi postici longiores securiformes. *Clerus.*
- Palpi postici fasciculis duobus pilorum adhaerentes. *Lucanus.*
- Labium conuolutum maxillas continens. *Trombidium.*
- Palpi linguaeformes. *Nomada.*
- Haustellum cylindricum bivalve. *Hippobosca.*
- Rostrum lamellatum. *Pulex.*
- Rostrum annulatum. *Sigara.*
- Palpi basi setarum exteriorum inserti. *Syrphus.*
- Haustelli vagina os totum obtegens. *Rhingia.*
- Maxilla tota connata cum labio. *Phryganea.*
- Palpi cheliferi. *Scorpio.*
- Mandibulae nullae. *Ephemera.*

§. 3.

Numerus est naturalissimus, quod quatuor adsint palpi, mandibulae duae, maxillae duae, clypeus et labium vnicum.

- Obtinet naturalissimus hic numerus in primis in Eleuteratis, Vlonatis et Synistatis, et in his exceptio rarer.
- Palpi sex, mandibulae absque maxillis, clypeus nullus, Labium triplex, in Agonatis.
- Palpi tantum duo in Vnogatis, in reliquis conueniunt.
- Palpi duo, linguaque spiralis clypeusque absque mandibulis, maxillis, labio in Glostatis.
- Rostrum et Clypeus absque mandibulis, maxillis, palpis et labio in Ryngotis.
- Palpi duo, haustellum saepius proboscide receptum, absque mandibulis, maxillis, clypeo et labio in Antliatis.
- Clypeus ideo semper vnicus.
- Palpi duo, quatuor, sex.

Mandibulae semper duae.

Maxillae semper duae.

Labium vnicum, rarissime triplex.

§. 4.

Proportio naturalissima inuenitur, quod clypeus prominens abscondat mandibulas tegentes maxillas breuiores, palpis anticis posticos longitudine superantibus, quos iterum labio maiores deprehendimus.

Palpi antici plerumque posticis longiores, saepe aequales, rarissime breuiores. Clerus.

Clypeus plerumque mandibulis longior, rarius mandibulae prominent. Cicindela.

Mandibulae plerumque maxillis maiores, interdum tamen contrarium obtinet. Apis.

Maxillae palpis anticis saepius breuiores, raro longiores. Apis.

Labium plerumque maxillis et palpis posticis breuius, rarius maxillis aequale, palpis longius. Apis.

In Glossatis lingua spiralis palpis longior; exceptio rarissima. Hepialus.

In Antliatis haustellum palpis longius, proboscide breuius. Exceptio rarissima. Tipula.

In Ryngotis rostrum clypeo longius.

§. 5.

Situm naturalissimum obseruauimus, quod palpi antici maxillae dorso inhaereant, cui superincumbunt, postici vero labii medium, cuius superiorem partem cingunt.

Clypeus semper os superne tegit, labium inferne.

Mandibulae immediate clypeo subiacent et latera oris superne claudunt.

Maxillae semper sub mandibulis insertae latera oris inferne claudunt.

Palpi antici duo aut quatuor maxillae dorso adnati. Exceptio rarissima. Apis.

Palpi postici plerumque labii medio lateralī, saepe apicī, raro parieti interiori inserti, rarissime labio haud adhaerent. *Lucanus.*

In *Agonatis* palpi antici mandibulis, postici labio inserti totum os obtegentes.

In *Vnogatis* palpi duo maxillis adhaerent.

In *Glossatis* lingua spiralis semper inter palpos reflexos convoluta latet.

In *Ryngotis* vagina setas continens plerumque capitis apici inserta. Exceptio rarioī sub capitis apice *Acanthia*; pectori *Chermes*.

In *Antliatis* proboscis porrecta stipite crassiori dorso canaliculato setas recipit, canalem vero vagina vniuersalvis claudit. Palpi plerumque ad latera proboscidis inserti.

Vbi proboscis deest, vagina biualuis setas continet.

§. 6.

Figura est naturalissima, quod palpi sint filiformes articulis cylindricis aequalibus, clypeus et labium rotundata, integra, mandibulae corneae, arcuatae, maxillae, cylindricae, vnidentatae.

Figura saepius differt et notas genericas plurimas subministrat.

Exempla vid. in Generibus nostris insectorum.

In *Glossatis* palpi cylindrici, stuposi, pilosi, reflexi et lingua cylindrica, conuoluta.

In *Ryngotis* vagina inflexa, cylindrica, triarticulata, continet setas setaceas, acutas, tegiturque clypeo setaceo.

In *Antliatis* proboscis stipite cylindrico capituloque bilabiato includit setas setaceas, tegiturque valuula depressa, acuta.

Vbi proboscis deest, haustellum exsertum vagina biualui cylindrica, continet setas setaceas.

Haustellum inflexum. *Empis.*

geniculatum. *Myopa.*

§. 7.

Palpi differunt quoad α numerum, β situm, γ figuram, articulos, apicem, δ proportionem, aequalitatem.

Numerus: nulli. *Notonecta*.

duo. *Aranea*, *Scolopendra*.

quatuor. *Scarabaeus*, *Ichneumon*.

sex. *Cicindela*, *Cancer*.

Situs: *inserti maxillae dorso*. *Scarabaeus*.

maxillae medio interiori. *Apis*.

inter maxillas. *Scolopendra*.

Labii apici. *Hister*, *Apis*.

labii medio externo. *Ichneumon*.

labii medio interno. *Cetonia*.

labii basi. *Nicrophorus*, *Stenocorus*.

labii lateribus. *Cancer*.

penicillis duobus sub labio absconditis. *Lutanus*.

mandibulae dorso. *Astacus*.

ad latera linguae spiralis. *Glossata*.

proboscidi. *Musca*.

haustelli vaginae.

haustelli setis. *Syrphus*.

Figura: *filiformes*, vnde eiusdem crassitici. *Cerocoma*.

moniliformes, articulis omnibus globosis.

clauati, articulo vltimo crassiori, maiori.

Trox.

cylindrici, articulis omnibus cylindricis, aequalibus. *Ichneumon*.

securiformes, articulo vltimo ad alterum latus dilatato acuto. *Elater*, *Coccinella*.

incurvi, supra os incumbentes. *Tipula*.

cheliferi, articulo vltimo bifido, lacinia altera mobili. *Scorpio*.

bifidi, vsque ad basin fissi. *Cancer*.

linguaeformes, longissimi, compressi, membranacei. *Nomada*.

vesiculosi, articulis mollioribus turgidis. *Gryllus*.

stuposi, hirsutie molliori tecti. *Glossata*.

Articuli:

- Articuli:* aequales, articulis omnibus longitudine et figura conuenientibus. *Donaciā.*
 inaequales, articulis quibusdam maioribus aut crassioribus. *Prionus.*
 rhomboides, plani angulis acutis oblique prominentibus. *Crabro.*
 pilosi, pilis rigidis plurimis adspersi. *Cicindela.*
 cuneiformes, articulis rotundatis apicem versus sensim incrassatis. *Carabus.*
 triangulares, angulis tribus acutis prominentibus. *Astacus.*

Numerus articulorum differt: plerumque palpi 4 — 5 articulati, saepe 2 — 3, rarissime vero multi-articulata inueniuntur:

- Apex:* subulati, articulo vltimo acuminato.
 turgidi, articulo vltimo capitato turgido. *Ara-neae maribus.*
 truncati, articule, vltimo obtuso abscisso. *Prionus.*
 vnguiculati, articulo vltimo corneo, arcuato, acuto. *Trombidium.*
 fissi, articulo vltimo bifido. *Alucita.*
Proportio: elongati. *Scorpio, Ichneumon.*
 abbreviati. *Libellula.*
Aequalitas: antici longiores. *Scyllarus.*
 omnes aequales. *Nicrophorus.*
 intermedii longiores. *Carabus.*
 postici longiores. *Clerus.*

§. 8.

Linguam spiralem differentem vidimus quoad α substantiam, β apicem, γ proportionem.

Inter omnia instrumenta cibaria lingua spiralis paucissimas praebet differentias, ideoque et glossata difficilime determinantur.

- Sustantia:* cornea, dura, nitida, polita. *Sphinx.*
 membranacea, mollis, albida, tenuis. *Bombyx.*
Apex: acuta. *Zygaena.*
 obtusa. *Sphinx.*

Propor-

Proportio: longissima. Sphinx.
abbreuiata. Phalaena,
linguae rudimento. Hepialus.

§. 9.

Mandibula differens est quoad α numerum, β si-
tum, γ figuram, dentes, apicem, δ propor-
tionem.

Numerus: nulla. Glossata, Rynota.
duae. Plurima.

Situs: exserta, ultra clypeum prominens. Cicindela.
abscondita, sub clypeo latens. Dermestes.
sepulta, a labiis palpisque omnino tecta. Can-
cer, Astacus.

Figura: recta. Crabro, Trombidium.
arcuata. Scolopendra.
concaua, recta subtus excavata. Bombyx.
fornicata, incurua subtus excavata. Cancer,
Astacus.
excavata, inanis, vngue perforato. Aranea.
articulata. Phalangium.
cylindrica. Scorpio.
forcipata, apicibus supra incumbentibus. Lu-
canus, Cicindela.
difformis, breuis, crassa, dentibus inaequali-
bus instructa. Iulus.

Dentes: inermis. Chrysomela.
vnidentata.

multidentata. Cicindela.
obtusa. Cancer. Iulus.

acuminata. Cerocoma.
fissa, apice rima instructa. Sepidium.
bifida, ultra medium fissa.
bidentata, rima apicis breuissima laciniis acu-
minatis. Gyrinus.

bifurcata, rima apicis breuissima, laciniis ob-
tusis incuruis. Lucanus.

truncata. Vespa.
denticulata, apice obtuse truncata, vnguiculo
auctissimo dentibusque armata. Libellula.

Apex:

- Apex:* vnguiculata, vngue arcuato acuto instructa.
Aranea.
biunguiculata, vnguibus duobus praedita.
Scorpio.
chelifera, apice incrassata, fissa: lacinia altera mobili. Phalangium.
- Proportio:* clypeo breuior. Bruchus.
clypeo longior. Cicindela.
longissima. Lucanus mas.

§. 10.

Maxilla differt quoad α numerum, β connexionem, γ figuram, consistentiam, marginem, apicem, lacinias, galeam, δ proportionem.

Maxilla maxime variat et plerosque praebet generum characteres.

- Numerus:* nulla. Cancer.
duae. Pleraque.

- Connexio:* connata, cum labio ultra medium cohaerens.
Synistata.
adnata, tota cum labio cohaerens. Phryganea.
adhaerens, basi inter se connatae. Phalangium.

- Figura:* cylindrica. Aranea.
comprecta. Apis.
arcuata. Gyrinus, Carabus, Aeshna.
linguaeformis. Apis.

- Apex:* dilatata, apice compressa, rotundata. Scaurus.
obtusa. Sepidium.
fissa. Forficula, Blatta.
setosa, pilis rigidis obuallata. Cetonia.
acuminata. Carabus.
dentata. Melolontha. Aeshna.
vnguiculata. Aranea, Scorpio.
truncata. Phalangium.

- Consistentia:* membranacea. Apis.
cornea. Erotylus.
vesiculosia. Blatta.

Margo:

Margo: nuda. Aranea.
ciliata, pilis parallelis imbricatis cincta. Carabus.

Laciniae: integra. Zonitis.
vnidentata, ad insertionem palpi dente valido armata. Elater, Scarabaeus.
bisida, vsque ad basin fissa. Tenebrio.

Obs. Palpi vbi quatuor maxillae adhaerent, maxilla semper integra.

Galea: maxilla breuior.
- - longior. Blatta.
- - aequalis. Gryllus, Acheta.
truncata. Blatta.
obtusa. Gryllus.
fornicata. Truxalis.

Proportio: palpis breuior. Pleraque.
- - longior.
elongata, in linguae laciniam exteriorem.
Apis.

§. II.

Clypeum differentem inuenimus quoad α figuram, superficiem, marginem, β proportionem.

Figura: rotundatus. Melolontha, Papilio.
quadratus. Cetonia, Raphidia.
conicus. Bombyx, Notonecta.
fornicatus. Panorpa.
cylindricus. Phryganea.
subulatus. Cimex.
inuoluens, porrectus totum os obtegens.
Bombyx.

Superficies: annulatus. Cimex.
carinatus, linea media eleuata. Laternaria.
canaliculatus, linea media impressa. Scarabaeus.
cornutus, prominentiis maioribus acutis instructus. Scarabaeus.
tuberculatus, prominentiis minoribus obtusis armatus. Scarabaeus.

Superficies: scaber, punctis prominulis sparsis irroratus.
fasciatus, linea transuersali eleuata notatus.
Lucanus.

Margo: integer. Cetonia.
incrassatus. Melolontha.
ciliatus. Pulex.
fiscus. Bombyx.
crenatus. Scarabaeus.
emarginatus. Scarabaeus. Cercopis.
reflexus, margine eleuato reflexo. Melolontha.

Proportio: maxilla longior. Byrrhus.
- - breuior. Cicindela.
- - aequalis. Attelabus.
breuissimus. Papilio.
longissimus. Cimex.

§. 12.

Labium differt quoad α numerum, β figuram,
marginem, apicem, lacinias, substantiam,
 γ proportionem.

Numerus: nullum. Glossata. Ryngota.
vnicum. Eleuterata.
plura. Cancer. Pagurus.

Figura: cylindricum. Scarabaeus, Cetonia.
cordatum, apice dilatatum, rotundatum, retusum. Melolontha. Nicrophorus.
quadratum. Elophorus.
orbiculatum. Opatrum.
gibbum, in medio eleuatum. Lagria.
obconicum, versus apicem sensim dilatatum.
Prionus, Mutilla.
fornicatum, subtus concavum. Aeshna.
lineare, tenue vnde eiusdem crassitie. Chrysif.

conuolutum, marginibus superne connuentibus. Trombidium.
carinatum, linea intermedia eleuata. Vespa.
linguiforme. Apis.

Margo: integrum. Cryptocephalus.

Margo:

- Margo:* emarginatum. Scarabaeus.
 fissum, crena leuiori terminatum. Cetonia,
 Truxalis.
 ciliatum, pilis parallelis cinctum. Sphaeri-
 dium.
 crenatum, incisuris rotundatis superficiali-
 bus. Nicrophorus.
 dentatum, prominentiis acutis, validis. Sco-
 lopendra.
 incrassatum, margine disco crassiori. Gryllus.
Apex: obtusum. Dermestes, Castiga.
 truncatum. Burrhus.
 acuminatum, apice mucrone armatum. Bu-
 prestis, Bruchus.
 hastatum, apice triangulari angulis promi-
 nulis. Tenthredo.
 rotundatum. Dytiscus.
Laciniae: integrum.
 bifidum. Blatta.
 trifidum. Forficula.
 quadrifidum. Cancer, Pagurus.
 quinquefidum. Apis gulosa.
 setarium, seta valida vtrinque armatum.
 Vespa.
Substantia: corneum. Cicindela.
 membranaceum. Cerocoma.
 vesiculosum. Gryllus. Phalangium.
 basi corneum, apice membranaceum. Apis.
Proportio: palpis posticis breuius. Ichneumon. Clerus.
 palpis posticis aequale. Citonia.
 - - longius. Chrysis.
 elongatum, in linguae lacinias interiores.
 Apis. Nomada.

§. 13.

Rostrum differens inuenimus secundum α arti-
 culos, fetas, β situm, γ figuram, margi-
 nem, apicem, proportionem.

- Articuli:* indistincti. Sigara.
 duo. Reduuius.

Articuli:

- Articuli:* tres. Nepa.
 quatuor. Cimex.
 quinque. Pulex, Laternaria.
 vnicia. Pulex.
 tres. Laternaria. Cicada.
- Situs:* in capitibus apice. Cicada, Cimex.
 sub capitibus apice. Acanthia.
 vagina pectorali. Cherines.
- Figura:* canaliculatum, linea longitudinali impressa.
 Laternaria, Petalis.
 cylindricum. Cicada.
 conicum. Sigara.
 setaceum. Cimex.
 rotundatum. Nepa, Naucoris.
 lamellatum, lamella utrinque ad basin suffultum. Pulex.
 inflexum, sub abdomine inter femora antica latens. Laternaria.
 arcuatum, in circuli segmentum curuatum.
 Nepa, Reduuius.
 inuoluens, basi latissimum. Sigara.
 sulcatum, strigis transversalibus profundis exaratum. Sigara.
- Margo:* marginatum, margine prominulo membranaceo.
 spinosum, denticulis acutis, validis armatum. Sigara.
 inerme, Aphis.
- Apex:* obtusum. Cicada. Notonecta. Cimex.
 acutum. Nepa, Sigara.
 subulatum. Reduuius.
- Proportio:* abbreviatum. Sigara, Notonecta.
 elongatum. Laternaria. Pulex.
 obsoletum. Thrips.

§. 14.

Proboscideum Antliatis solis propriam differentem vidimus quoad α figuram, stipitem, capitulum, β proportionem.

Proboscis tantum Antliatis propria, nec omnia illa ea gaudent.

Figura : inflexa, porrecta sub pectore latens. Empis.
cylindrica. Musca.
canaliculata. Tabanus.
haustelliformis. Empis, Conops.

Stipes : cornea. Empis.
membranacea. Rhingia, Tabanus.
fracta. Musca.
geniculata. Conops.

Capitulum : labiis integris. Bibio.
- - ciliatis. Rhagio, Empis.
- - acutis. Syrphus.
- - acuminatis.
- - rotundatis. Bibio.
- - ouatis. Musca.

Proportio : abbreviata. Tipula.
elongata. Empis.
retracta, intra labia tumida poro pertusa ab-
fondita. Oestrus.
nulla. Bombylius.

§. 15.

Haustellum differt secundum α setas, β figuram,
 γ vaginam, γ proportionem.

Haustello Antliatis solis proprio omnia gaudent.

Proboscis si adest haustellum aut absque vagina aut vagina
vniuersali plerumque inuenitur, quum setae intra
proboscidis canalem dorsalem latent.

Setae : unica. Tipula, Stratiomys, Conops.
duae. Stomoxys.
tres. Bibio, Rhagio, Bombylius.
quatuor. Syrphus.
quinque. Tabanus, Culex.
setaceae. Tipula.
acuta. Rhagio.
cylindrica. Stratiomys.
aequales. Tabanus.
inaequales. Syrphus, Culex.
Figura : fornicatum. Rhingia.
cultratum. Rhingia.

Figura :

<i>Figura :</i>	canaliculatum. Bibio. inflexum. Empis. geniculatum. Conops, gibbum. Asilus. rectum. Asilus. setaceum. Bombylius. cylindricum. Hippobosca, Rhagio, flexile. Culex.
-----------------	--

<i>Vagina :</i>	nulla. Tipula, vniualuis. Bibio, biualuis. Myopa. valuulis aequalibus. Hippobosca. valuulis inaequalibus. Myopa, Asilus, canaliculata, acuminata. Tabanus, abbreuiata. fissa. Asilus.
<i>Proportio :</i>	breuissimum. Tipula, longissimum. Bombylius,

§. 16.

Palpi antici differunt a lacinia maxillae bifidae,
quod palpi semper articulati, mobiles, sen-
forii, lacinia maxillae nunquam.

Palpos facillime pro lacinia maxillae assumi e Chrysomelis
aliisque apparet.

§. 17.

Galea a maxilla bifida differt, quod galea semper
cylindrice, vesiculose, maxillae super incum-
bat, cum e contrario lacinia maxillae exte-
rior cornea, introrsum plana, maxillae par-
tem constituat.

Galea a maxilla omnino distincta differt figura, substantia,
cohaesione.

§. 18.

Maxillae labiumque elongata, membranacea, inter mandibulas inflexa, linguam constituunt.

Lingua Synistatis quibusdam Apibus, Nomadis, aliisque propria, solummodo e maxillis labioque elongatis composita, ideoque haud partem oris propriam constituit.

Vsus praecipuus linguae ad hauriendum nectar florum videtur.

§. 19.

Proboscis differt ab haustello, quod proboscis semper bilabiata, haustellum vero nunquam.

Empis, *Conops* aliaque genera manifeste horum monstrant affinitatem.

Haustellum, classis continens characterem, semper in *Antlia-tis* adest, proboscis saepe omnino deest.



III. METAMORPHOSIS.

§. 1.

Metamorphosis dicitur mutatio structurae insectorum quadruplex, ab ouo ad imaginem, et comprehendit Ouum, Laruam, Pupam et Imaginem.

Metamorphosis quadruplex omnibus quidem communis, secundum gradus tamen differt, quum alia totam mutent structuram, alia vero detractis tantum tunicis in imaginem transeant.

Cognitio ideo eiusdem infecti quadruplex.

§. 2.

Metamorphosis insectorum ad ordines naturales viam pandit, ideoque semper obseruanda et distincta tradenda.

Idem est infectum aetate tantum et forma mutantum. Differens vero iuuentus et differentem senectutem indicare videtur.

Infecta ideo metamorphosi a se inuicem differuntia nunquam idem genus et vix eandem classem intrabunt.

§. 3.

Ouum tunicatum sub minima mole continens rudimentum animalculi futuri eiusque nutrimentum, differt secundum figuram, situm, vestitum, colorem.

Insecta omnia, quantum nouimus, ouipara, exceptis foliis Aphidibus, teste Reaumurio, vere ouiparis et autumno viuiparis.

Locus ouorum differt secundum alimentum exclusae laruae, quin ipsa animalium corpora illis exposita.

Cura matris pro ouorum conseruatione summa, singularis, admiranda.

Figura: globosa. Aranea.
hemisphaerica. Cancer.
oblonga.
conica. Truxalis.
cylindrica.
petiolata, filo elongato insident. Hemerobius.
coronata, pilis quibusdam rigidis apice armata. Nepa.

Situs: solitaria, sparsa a se inuicem separata deposita suntur. Ichneumon.
aggregata, plura in eodem loco deposita. Truxalis, Gryllotalpa.
annulata, aliis corporibus annulatim adhaerentia. Bombyx neustria.
adhaerentia, sub matris abdomine circumferuntur branchiis adhaerentia. Astacus.
innata, sub valuulis abdominis aperiendis latentia. Oniscus.
faccata, in sacculo filis contexto] pedibus posticis imposta. Aranea.
abdominalia, intra matris abdomen exclusa. Coccus.

Vestitus: gummosa, materia quadam tenaci adglutinata. Oestrus.
pilosa, pilis puluerulentis abdominis obducta. Bombyx dispar.
fauosa, ita fauis vario modo constructis abscondita. Vespa, Apis.
fasciata, filis tenuissimis, creberimis circumdata. Aranea.

Vestitus:

Vestitus: foliata, intra folium conuolutum vtraque extremitate clausum conseruata. Attelabus. gallata, intra gallam a matris punctura ex crescentem latentia. Cynips. imposita, intra reliquorum animalium corpora latentia. Oestrus, Sphe. glebata, intra terrae glebam deposita. Scarabaeus. custodita, intra aceruum e foliis quisquiliisque acumulatum afferuata. Formica. nuda, omni vestitu orbata. Pulex, Musca.

Color: ouorum varius. Pleraque tamen sunt alba, grisea, viridia aut brunnea. Colores mixti raro inueniuntur.

§. 4.

Larua ruptis ovi tunicis prodiens infantiam infecti continet omnino sterilem.

Larua mollis, succulenta, sterilis, vorax, alimento proprio nutrit imaginem latentem in adultiorem aetatem.

Larua crescens quater plerumque exuias deposit, quae corporis molem haud amplius continere valent.

Laruæ synonyma nunc obsoleta sunt: Eruca, Vermis.

§. 5.

Rupta ultimo laruae tunica Pupa prodit. Continet infecti adolescentiam in vegetam aetatem.

Pupa durior haud amplius crescens, sterilis, saepius quiescens roborat imaginem latentem usque ad maturitatem.

Synonyma Pupæ sunt Chrysalis, Nympha, Aurelia.

§. 6.

Metamorphosis secundum variam laruae et pupae structuram varia.

1. completa, larua et pupa currentibus, agilibus, omnibus partibus imagini simillimis. Semper tamen voraces, crescentes, steriles, exuuias deponentes. Aranea, Cancer, Astacus.
2. semicompleta, larua hexapoda agili, absque alis; pupa agili alarum rudimentis. Cimex, Libellula.
3. incompleta, larua hexapoda vel polypoda succulenta, tarda; pupa pedata, quiescens. Scarabaeus, Apis, Formica.
4. obiecta, larua polypoda, agilis, succulenta; pupa apoda, quiescens, corticata, thorace abdomineque distinctis. Glossata.
5. coarctata, larua apoda, annulata, mobilis; pupa apoda, immobilis. Coarctata intra globum parte nulla distinctum. Oestrus, Musca.

§. 7.

Larua pupaque metamorphoseos completae partibus differentiisque omnino parentum gaudent.

Larua pupaque metamorphoseos completae parentibus simillimae, difficillime distinguuntur. Difficiliorem reddunt specierum determinationem et species multiplicant. Araneae e. gr. plures species forsitan laruae aut pupae reliquarum.

§. 8.

Larua metamorphoseos semicompletae constat capite, thorace, abdomine, pedibus, cauda.

Caput differt quoad os, antennas, forcipes et oculos.

Os: rostratum. *Cimex*, *Nepa*.
galeatum. *Gryllus*, *Locusta*.
palpigerum. *Libellula*.

Antennae: setaceae. *Locusta*, *Blatta*.
filiformes. *Gryllus*.
subulatae. *Libellula*.
longissimae. *Locusta*.
breuissimae. *Nepa*.
ensatae. *Truxalis*.
palmatae. *Nepa*.
triarticulatae. *Nepa*.

Forceps: laruis pupisque huius metamorphoseos propria, articulata, vnguiculata sub capite inserta.

biunguiculata, vnguis duobus arcuatis armata. *Libellula*.
octounguiculata, vtrinque quatuor vnguis instructa. *Agrion*.
clauata, extrorsum incrassata. *Libellula*.
bifida, ultra medium in duas lacinias aequales diuisa. *Agrion*.
pollicata, dente porrecto cylindrico mutico in medio instructa. *Agrion*.

Oculi: semper duo, vtrinque capiti inserti, differunt in primis figura.
oblongi. *Truxalis*.
sphaericci. *Libellula*.
prominuli. *Agrion*.

Thorax inter caput et abdomen differt figura, margine, superficie, proportione.

Figura: linearis. *Mantis*.
planus. *Libellula*, *Agrion*.
strumarius. *Mantis*.
rotundatus. *Gryllus*.
transuersus. *Nepa*.
marginatus. *Aeshna*.
cristatus. *Cimex*.

Proportio: abbreviatus. *Pleraque*.
mediocris. *Mantis*.
elongatus. *Mantis gongylodes*.

Superficies: pilosus. *Libellula*.

Superficies: laevis. Gryllus.
 carinatus. Gryllus.
 cultratus. Gryllus.
 serratus. Cimex.
 nodosus. Gryllus.
 variolosus. Locusta.

Margo: dentatus. Gryllus.
 inermis. Nepa.
 deflexus. Locusta.
 spinosus. Cimex.

Scutellum: laruis omnino deest.

Abdomen annulatum, spiraculisque pertufsum,
 differt figura, superficie, margine, ano.

Figura: depresso. Libellula, Nepa.
 rotundatum. Agrion.
 compressum. Gryllus.
 ouatum. Nepa.

Superficies: glabrum. Nepa, Notonecta.
 pilosum. Libellula.
 spinosum. Gryllus.
 inerme. Locusta.

Margo: serratum. Naucoris.
 foliatum. Mantis gongylodes.
 ciliatum. Notonecta.
 fasciculatum. Ephemera.

Anus: acuminatus.
 stylatus. Acheta campestris.
 dentatus. Libellula.
 obtusus.

Cauda abdomen terminans.

bifeta. Gryllus, Nepa.
 trifeta. Ephemera.
 trifoliata, lamellis ouatis latioribus. Agrion.
 recta. Gryllus.
 recurva. Gryllus.
 articulata. Blatta.
 forcipata. Forficula.

*Pedes omnibus sex thoraci affixi constant femore,
tibia, tarso et sunt.*

- cursiorii. Cimex.
- saltatorii. Gryllus, Cicada.
- natatorii. Nepa, Notonecta.
- Femur:* superior pedis articulus.
- angulatum. Gryllus.
- lobatum. Mantis gongylodes.
- spinosum. Mantis.
- muticum. Locusta.
- serratum. Gryllus.
- dilatatum. Gryllus.

- Tibia:* secundus pedis articulus.
- cylindrica. Gryllus.
- compressa. Notonecta.
- fornicata. Truxalis.
- angulata. Gryllus.
- dentata. Truxalis.
- serrata. Locusta.
- ciliata. Nepa.
- inermis. Libellula.
- canaliculata. Nepa.
- pollicata. Nepa.

- Tarsus:* articulatus, pedem terminans.
- biarticulatus. Nepa.
- quadriarticulatus.
- quinquearticulatus. Gryllus.
- compreslus. Notonecta.
- cylindricus. Gryllus.
- ciliatus. Notonecta.
- muticus. Notonecta.
- vnguiculatus. Gryllus.

Pupa huius metamorphoseos agilis, currens statura et partibus laruae, tantummodo rudimenta alarum acquirit corpori breuiora, thoraci affixa.

§. 9.

Larua metamorphoseos incompletae constat capite, corpore, pedibus, cauda.

Thorax

Thorax in omnibus huius metamorphoseos laruis
haud distinctus.

Laruae apodae huius metamorphoseos vix distin-
ctam diuisionem constituere valent, quum
Siricis larua hexapoda sit.

§. 10.

Caput differens inuenimus secundum os, anten-
nas, frontem, oculos.

Os: instructum mandibulis, maxillis, palpis, clypeo,
labioque cum ore parentis plerumque conue-
nit. Exceptio rario.

Pulex. os maxillosum.

Myrmeleon, mandibulis elongatis forcipatis.

Antennae: filiformes. Melolontha,

subulatae. Scarabaeus.

setaceae. Dytiscus.

nullae. Tenthredo.

Frons: glabra. Melolontha.

rotundata. Melolontha, Lucanus.

scabra. Scarabaeus nasicornis.

depressa. Dytiscus.

nitida. Curculio.

Oculi: orbiculati. Apis.

ouati. Scarabaeus.

§. II.

Corpus annulatum, spiraculis pertusum differt
quoad figuram, superficiem, marginem,
anum.

Spiracula vtrinque nouem ad latera corporis di-
stincta, plerumque colorata.

Figura: rotundatum, supra eleuatum, subtus planum.
Scarabaeus, Melolontha.
attenuatum. Cerambyx.
depressum. Carabus, Cassida.
cylindricum. Tenthredo.

Figura:

- Figura:* conicum. Vespa.
 ouatum. Myrmeleon.
 filiforme. Gyrinus.
 collare, versus caput angustatum. Dytiscus
 sulcatus.
- Margo:* obtusum. Lucanus, Cerambyx.
 spinosum. Coccinella, Cassida.
 fasciculatum. Hydrophilus, Myrmeleon.
 ferratum. Carabus.
- Superficies:* glabrum. Scarabaeus.
 plicatum. Scarabaeus, Sirex.
 pilosum. Pulex.
 papillosum, tuberculis eleuatis mollibus
 tectum. Coccinella.
 aculeatum, prominentiis erexitis rigidis ar-
 matum. Coccinella.
 radiatum, articulis postice spinis acutis basi
 connatis distinctis. Nicrophorus.
 mamillatum, verruca cylindrica eleuata dor-
 fali instruetum. Phryganea.
- Anus:* vesiculosum, substantia tumida, molli subtus
 tectum. Scarabaeus, Lucanus.
 obtusum. Scarabaeus, Melolontha.
 acutum. Cerambyx.
 stylatum. Sirex.
 dentatum. Carabus.
 ascendens. Coccinella,

§. 12.

Pedes ad celeriorem motum corpori subitus affixi
 differunt numero, situ, articulis, apice.

Vbi plures quam sex pedes adsunt, anteriores
 siue pectorales tantum veri pedes, reliqui
 omnes spurii et mutici.

Divisio pedum in femur, tibiam, tarsum hic ap-
 plicari haud potest, quum plurimi, ut in pri-
 mis omnes spurii, unico tantum constant ar-
 ticulo.

- Numerus:* nulli. *Pulex*, *Vespa*.
 sex. *Eleuterata*, *Sirèx*.
 octodecim. *Tenthredo*.
 viginti duo. *Tenthredo*, *Circulio*. *Raj.*
Inf. 3. tab. 66.
- Situs:* pectorales, sex pedes veri, vnguiculati, anteriori corporis parti inserti.
 abdominales, obtusi, mutici medio corporis adhaerentes, numero indeterminato.
 caudales, duo obtusi mutici sub ano collocati.
- Articuli:* vniarticulati, spurii omnes.
 quadriarticulati. *Dytiscus*.
 sexarticulati. *Lucanus*.
 pilosi. *Melolontha*.
 spinosi. *Myrmecleon*.
- Proportio:* abbreviati. *Sirex*, *Cerambyx*.
 elongati. *Dytiscus*.
- Apex:* obtusi, spurii omnes.
 mutici, spurii omnes.
 vnguiculati. *Citonia*, *Lucanus*.
 biunguiculati. *Dytiscus*.

§. 13.

Cauda abdomen terminans ad motum accelerandum, dirigendum, differt figura, setis, margine.

- Figura:* reflexa. *Cassida*.
 subulata. *Cassida*.
 inflexa, setis arcuatis, deflexis. *Hydrophilus*.
 filiformis. *Pulex*.
- Setae:* biseta. *Cassida*, *Dytiscus*.
 trifeta.
 quadrifeta. *Gyrinus*.
 bifida. *Phryganea*.
- Margo:* natatoria, pilis breuissimis ciliata. *Dytiscus*.
 nuda. *Cassida*, *Pulex*.

§. 14. Pupa

§. 14.

Pupa metamorphoseos completae quiescens in incunabulo proprio continet animalculum perfectum, omnibus partibus completum, excepta cauda imagini simillimum.

Partes huius pupae cum partibus imaginis conuenientes vid. supra.

Alae complicatae, sub abdomen inflexae, cum antennis pedibusque tenui membrana inclusae latent.

Cauda ad motum abdominis differt quoad figuram, setas.

Figura: annulata, articulis distinctis at immobilibus.
Lucanus.

lunata, duabus lamellis arcuatis acutis. Hydrophilus.

filiformis. Dytiscus.

reflexa. Cassida.

setacea. Cassida.

Setae: bisetata. Lucanus mas.

quadriseta. Lucanus femina.

Incunabulum pupae secundum variam eius consistentiam differt.

pillularia, intra terrae glebam intus politam latens. Scarabaeus.

alligata, filis quibusdam circa corpus adhaerens. Chrysomela, Tenthredo.

custodita, intra cellulas aut aceruos vario modo constructos asseruata. Apis, Vespa, Formica, Termes.

§. 15.

Larua metamorphoseos obiectae succulenta, mollis, polypoda, constat capite, corpore, pedibus, cauda.

Metamor-

Metamorphosis haec laruaeque hae Glostatis folis propriae.

§. 16.

Caput os, oculos frontemque continens absque antennis, differt quoad figuram, superficiem.

Figura: orbiculatum. Papilio Machaon.
ouatum. Sphinx.
cordatum. Papilio c. album, Antiopa.
acuminatum, supra corpus angulo acuto prominens. Sphinx Tiliae, Populi.
absconditum, sub corporis primo articulo latens. Papilio Betulae.

Superficies: aculeatum, spinis compositis armatum. Papilio Cardui, Prorsa.
spinosum, spinis erectis distinctis praeditum. Papilio Maluae.
tentaculatum, tentaculis duobus mollibus retractilibus instructum. Papilio Machaon, Apollo.
pustulosum, tuberculis eleuatis pilis longioribus tectis obsitum. Bombyx potatoria.
pilosum, pilis rigidis longioribus tectum. Bombyx Caja.

§. 17.

Corpus succulentum, annulatum, spiraculisque pertusum differt figura, superficie.

Figura: cylindricum. Papilio Antiopa.
incrassatum. Papilio Podalirius, Machaon.
attenuatum, versus caput sensim angustatum. Papilio Podalirius.
ouatum. Papilio Betulae.
pyramidalatum, ultimo articulo tuberculo elevato angulato. Bombyx oculea, pyramidea.
gibbosum, gibberibus eleuatis angulatum. Bombyx Ziczae, triplasia.

Figura:

Figura: hamosum, cornubus eleuatis mollibus arcuatibus distinctum. Phalaena syringaria.
 inaequale, gibberibus et eleuationibns variis praeditum. Bombyx Fagi.
 cornutum, postice prominentia subulata molli instructum. Sphinx.

Superficies: aculeatum, spinis compositis armatum. Papilio Antiopa, polychloros.
 canaliculatum, dorsi medio impresso. Papilio Betulae.
 scabrum, punctis prominulis asperum.
 Sphinx ocellata.
 hirtum, pilis densissimis elongatis vndeque tectum. Bombyx Caja.
 fasciculatum, pilis approximatis elongatis hinc inde adspersum. Bombyx potatoria, fascelina.
 stellatum, tuberculis eleuatis, pilis erectis rigidis elongatis obsitis. Bombyx pauonia.
 pilosum, pilis rigidis distantibus elongatis.
 Noctua quadra.
 spinosum, spinis simplicibus armatum. Bombyx camelina.
 nudum, omni pubescentia orbatum. Bombyx Mori.
 glabrum. Phalaena.
 coriaceum, cute duriore tectum. Papilio Betulae.

§. 18.

Pedes semper plures quam sex, differunt numero, situ, figura, apice.

Pedum numero diuisiones plurimae laruarum.

Pedes anteriores semper sex, reliqui omnes spurii numero differunt.

Numerus: decem. Phalaena.
 duodecim. Noctua gamma.
 quatuordecim. Tinea.
 sedecim. Bombyx,

- Situs:* pectorales, qui anteriori corporis parti adhaerent semper vnguiculati.
 abdominales, corporis medio adhaerentes spurii.
 caudales, posteriori corporis parti inserti.
- Figura:* cylindrici, abdominales caudalesque.
 incurui, pectorales omnes.
 articulati. Bombyx Fagi.
- Apex:* obtusi, abdominales caudalesque.
 acuti, pectorales.
 mutici, abdominales.
 vnguiculati, pectorales.

§. 19.

Cauda abdomen terminans bifeta paucissimis donata et his pedes caudales omnino nulli.

filiformis. Bombyx Fagi.
 setacea. Bombyx vinula.

§. 20.

Pupa metamorphoseos obiectae coarctata, incrassata, quiescens, thorace abdome neque distinctis, differt quoad incunabulum et cohaesioneum.

- Incunabulum:* nuda, absque vlo integumento. Papilio Antiopa.
 folliculata, integumento e filis solis contexto. Bombyx Mori.
 inuolucrata, integumento e filis aliisque variis rebus, pilis, corporis quisquiliis elaborato. Bombyx Caja.
 subterranea, sub terra metamorphosin subiens. Sphinx.

Cohæsio: pupis nudis tantum proprium, quum reliquæ omnes liberae intra incunabulum quiescant.
 adhaerens, postice filis aliquot adnectitur,
 vt thorax terram spectet. Papilio.

Cohæsio:

Cohæsio: alligata, circa collum filis aliquot transuersis adhaerens, horizontaliter quiescens. Papilio Machaon, Podalirius.

§. 21.

Thorax, pupæ pars anterior corticata absque annulis et absque spiraculis, differt secundum figuram, superficiem, marginem.

Figura: cornutus, antice mucronibus duobus portrectis, rigidis, acutis armatus. Papilio Antiopa, polychloros.

ovatus. Papilio Atalanta.

acuminatus. Papilio Machaon,

caudatus, antice mucrone porrecto rigido instructus. Sphinx Convoluuli.

oblongus. Phalaena.

ascendens, apice sensim eleuato. Papilio Cardamines.

marginatus, marginibus attenuatis acutis. Bombyx Milhauseri.

mucronatus, late emarginatus cum mucrone in medio emarginaturae. Bombyx Milhauseri.

Superficies: carinatus, linea media eleuata. Papilio. canaliculatus, linea media impressa. Papilio. dentatus, denticulis eleuatis adspersus. Papilio Paphia.

inaequalis, eleuationibus variis praeditus.

Papilio.

pilosus. Bombyx.

laevis. Phalaena.

glaber. Phalaena.

§. 22.

Abdomen corticatum, annulatum spiraculisque pertusum, differt figura, superficie, apice.

Figura: ouatum.

attenuatum. Papilio Machaon.

incrassatum. Papilio Betulae.

- Superficies:* dentatum. Papilio Antiopa, polychloros, Io.
 carinatum. Papilio. Roef. Inf. 1. tab. 7.
 pilosum. Bombyx antiqua.
 tomentosum. Noctua.
 laeue. Pyralis.
 glabrum. Phalaena.
Apex: obtusum.
 stylatum. Sphinx ocellata.
 acuminatum. Sphinx stellatarum.

§. 23.

Larua metamorphoseos coarctatae apoda, annulata mouens annulis expandendis constat capite abdome que, et differt quoad figuram, superficiem, apicem.

Pleraeque huius metamorphoseos laruae lente festinant, vicitant Aphidibus, cadaueribusque animalium.

Exuuias haud exuunt, nequidem metamorphosin subeuntes.

Laruae hae pleraeque molles, albidae.

- Figura:* cylindrica. Tipula.
 attenuata. Musca, Stratiomys.
 clauata, postice sensim incrassata. Musca carnaria.

Superficies: glabra. Musca.

pilosa. Tipula.

rugosa. Stratiomys.

Apex: truncata, segmento ultimo plano. Musca carnaria.

radiata, ultimo segmento spinis mollibus circumposito. Syrphus.

barbata, fasciculo pilorum terminata. Stratiomys.

coronata, tuberculis mollibus eleuatis circumdata. Musca carnaria.

dentata, prominentiis variis eleuatis terminata. Musca carnaria.

obtusa. Musca mellina.

acuta. Musca.

§. 24. Pu-

§. 24.

Pupa huius metamorphoseos coarctata, corticata, immobilis, nullis partibus distincta differt figura, superficie, apice.

Pupa haec plane immobilis, cortice duriori tecta, absque omni parte imaginis latentis.

Figura: cylindrica. *Tipula,*
attenuata. *Stratiomys.*
ouata. *Musca carnaria.*

Superficies: dentata, prominentiis eleuatis acutis praedita. *Tipula,*
glabra. *Musca,*
rugosa. *Stratiomys.*

Apex: cornuta, apice anteriori prominentiis aliquot praedita. *Tipula.*
caudata, apice postice prominente. *Tipula,*
Syrphus.
barbata, fasciculo pilorum terminata. *Stratiomys.*
obtusa. *Musca carnaria.*

§. 25.

Imago perfecta, generans, pariens, agilis plerumque alata virilem infectorum aetatem continet et ultimo detractis omnibus tunicis prouenit.

Robur pupa quiescente acquirit latens imago et detracta pupae tunica, omnibus partibus completa exit.

Imago haud amplius crescit, quin plures inuenimus species, quae ne alimentum quidem hauriunt, sola generatione intentae.

Generatione peracta breui tempore iterum pereunt et in cibum in primis auium abeunt.

Synonymon imaginis est infectum perfectum.



V. S E X V S.

§. 1.

Sexus insectorum ad multiplicationem individuum comprehendit marem, faeminam et neutra, semper in distinctis individuis.

Genitalia plurimorum insectorum in abdominis apice sita, vbi pro excrementis et genitura communis exitus.

Aranea mas in palpis, femina sub abdominis basin.

Cancer mas et femina sub abdominis basin.

Libellula mas in pectore, femina in apice abdominis genitalia gerunt.

Androgyna et hermaphrodita in Entomologia omnino nulla.

§. 2.

Infectis variis ad facilitandum coitum instrumenta varia dedit natura et quidem mari et feminæ.

Libellula, maribus cauda appendiculata, qua feminas parripiunt.

Dytes, maribus scuta tarsis ad arctioreum copulam adhaerentia, feminis vero multis dorsum sulcatum aut feministriatum.

Vespa clypeata et cribaria, maribus tibias clypeatas concessit.

§. 3.

Mas generans, viuificans plerumque venere vagina prurit; polyandria rario; monogamia, rarissima.

Venere vaga pruriunt Eleuterata, Glossata, Antliata, quorum etiam mares nullum ouorum et posteritatis curam gerunt.

Polyandriae naturalis exemplum luculentissimum et forsitan unicum in apium singulari republica.

Monogamae forsitan sunt Formicæ et Termes mutuo auxilio coniunctæ, at certo haud constat.

§. 4.

Femina concipiens, pariens sola posteritatis curam gerit.

Femina mari plerumque maior, crassior. Exceptio rarissima ut in Scarabaeis.

In polyandria principatum tenet, a spadonibus nutritur, exit raro satellitibus semper stipata, maribus ignauis circumdata.

Instrumenta feminis ad oua ponenda concessa sunt aculeus, cauda.

Cura feminae in ouis ponendis singularis, admiranda. Post depositionem vero ea omnino plerumque relinquit.

§. 5.

Neutra absque genitalibus sterilia, quibusdam societate ad commodiorem vitam et posteritatis conseruationem iuncta.

Neutra in singulari Apum et Formicarum republica inuenimus.

Inferuiunt in primis ad construendos et implendos fauos, ad defendendos maritos, ad alendas laruas et ad custodiendas pupas.

Vita eorum in oeconomia naturæ pretio proprio nullo munita, ideoque periculo vitae negotia peragunt et emortuis maritis a negotiis desistunt, quum omnem posteritatis spern amiserint.

§. 6.

Larua pupaque absque genitalibus semper steriles
nutriunt, custodiunt imaginem latentem in
vegetiorem aetatem.

Larua proprio cibo vorax nutrit imaginem inclu-
sam vsque ad adolescentiam.

Pupa saepius quiescens, corticata roborat imagi-
nem vsque ad virilitatem.

Sexus imaginis in larua et pupa latentis quodam-
modo ab oculo confueto magnitudine et
crassitie partium distinguitur, quum femi-
nae plerumque maiores, crassiores.

§. 7.

Mas et **femina** sobolem propagant simul, nec ab
ouo solo nec a genitura sola oritur proles.
Confirmant hoc analogia, experientia, ana-
tomia.

Analogia. Animalia perfectiora, vitia haereditaria.

Experientia. Apes, Bombyces.

Anatomia. Consideratio diligentior ovarii vel vasorum
spermaticorum.

Ergo generatio aequiuoca, ergo hermaphrodit
et androgyna in Entomologia nulla.

§. 8.

Corpus insectorum dupli constat stamine, in-
teriori medullari et exteriori corticali.

Omnia animalium corpora dupli hoc principio
distincto componuntur.

Principium medullare comprehendit cerebri
rudimentum eiusque prolongationes, ner-
vos.

Princi-

Principium vero corticale continet musculos, cutem reliquasque corporis externas partes.

§. 9.

Omnis generatio consistit in combinatione principii medullaris cum corticali.

Ambo principia per se inertia, coniuncta vero multiplicabilia in infinitum.

Suadent hoc ratio, analogia cum vegetabilibus, obseruata.

Ratio, principiorum diuersitas, corporis incrementum.

Obseruata, principiorum inertia, extensio.

Vegetabilia, gemmae, surculi, prolepsis.

Ergo noua creatio omnino nulla, sed omnis generatio continuata multiplicatio principii medullaris et corticalis in initio creati.

§. 10.

Principium medullare a matre, corticale a patre.

Confirmant hoc obseruata, hybrida, anatomia, vegetabilia.

Obseruata. Vitia haereditaria a patre, a matre, similitudo cum parentibus in exteriori figura, in internis affectibus.

Hybrida animalia, vegetabiliaque patri habitu exteriori similima.

Anatomia. Nerui terminantur nudi in ouario. Semen e contrario paternum e sanguine praeparatur. Nerui tantum ad erectionem inferiunt.

Vegetabilia. Stamina e ligno, pistillum e medulla, comparatio foecundationis cum gemmis.

Ergo rudimentum animalis noui non in ouo materno solo, sed continet ouum tantum rudimentum medullare.

Ergo rudimentum animalis noui haud in semine paterno solo, sed continet semen tantum rudimentum principii corticalis et coniunctio ne amborum omnis generatio.

§. II.

Ad vnamquamque ideo infectorum speciem necessario requiruntur mas et femina; neutra autem accidentalia tantum.

Absque mare et femina generatio et propagatio speciei omnino nulla.

Neutra ad speciei propagationem necessaria haud esse, probat eorum defectus in plurimis speciebus.

§. 12.

Infecta quotquot nouimus ouipara. Probat hoc metamorphosis, experientia, anatomia.

Aphides vere viuiparos autumno ouiparos obseruauit Reaumur.

Scorpiones viuiparos affeuerat Rhedi: an recte?

Coccorum matres grauidae affigunt se ramo immobiles nec oua ponunt, attamen viuipara dici haud possunt, quum semper oua intra corpus exclusa matrem intus deuorant, vsque dum proueniant. Mater ideo quasi integumentum ouorum.

Onisci sub abdomen gerunt oua intra folliculum valuulis aperiendum, vsque dum excluduntur, attamen viuipari haud dicendi, quum oua iam antea posita.

Aphides ab unico coitu per quatuor vel quinque generationes grauidas obseruauit Reaumur. Exemplum in tota natura unicum, inauditum, incredibile. Analogia, structura partium, generationis leges contradicere videntur.

§. 13. Fe-

§. 13.

Femina foecundata summa cura deponit oua, ne laedantur, in loco apto, vt larua exclusa nutrimento, quiete et securitate omni gaudeat.

Oestrus per totum diem supra pecorum dorsum suspensa haeret, vt ouum in ea deponat.

Aranea saccum filis contextum, ouis repletum continuo circumfert.

Sphe^x summo labore laruam arripit, enecat et ouo impregnatam sepelit.

Attenta huius indagatio viam ad naturae oeconomiam pandit, quae scientiae nostrae vltimus finis.

Oua Muscarum, Culicum et Pulicu*m* detexit Roesell oculatissimus.

§. 14.

Oui foecundati essentia consistit in puncto faliensi; reliquae vero partes omnes ad nutrimentum, ad integumentum aut ad exclusiōnem tantum inferuiunt.

Punctum faliens oui rudimentum noui animalculi continet et sensim se nutrimento e vitello albumineque oui hausto expandit.

Monstrat primo cor micans cerebrique rudimentum, quae ambo pari passu obambulant, vsque dum ruptisoui integumentis animalculum prouenit paruum quidem, attamen omnibus partibus completum.

Oui integumenta sunt membranae duae tenues, interiores, et exterior crustacea; ad exclusionem vero inferuit bulla aerea in omni ouo foecundato inter membranas interiores haerens.

§. 15. Qua

§. 15.

Oua simulac deposituit femina raro eorum conservationis ulteriore curam gerit.

Insecta, vti omnia animalia sanguine frigido gaudentia, nunquam ouis incubant.

Femina curam summam in depositione ouorum adhibet, simulac vero ea posuit, plerumque ea omnino relinquit. Exceptio rarior.

Astaci sub abdomen oua gerunt.

Aranea saccum ouis repletum circumfert.

Apes et Formicae ouorum et conseruationem neutris commendant.

Oniscus oua in loculamento quadriualui sub pectore gerit.

Coccus immobilis oua intra abdomen excludit, quae exclusa sibi exitum parant.

§. 16.

Fertilitas insectorum stupenda, vt numero negotiis sufficiant, quum magnitudine minus valerent.

Parua insectorum moles fertilitate immensa numeroque infinito compensatur.

Elephas vix quotannis unicum parit pullum.

Canis octo.

Gallina viginti.

Bombyx 3 — 400.

Apis 4000 oua quotannis ponit.

Aphides, Acari, Pediculi innumera prole saepius infestant vix coercendi.

Tempus grauiditatis ideo etiam insectis multo brevius.

Intra aliquot horas concipere ouaque ponere saepius valent. Ephemera, Musca carnaria.

§. 17. In-

§. 17.

Infecta venere exhausta breui tempore pereunt.

Mares mox post copulam, feminae vero post ouorum depositionem.

Infecta pleraque annua vix per hyemem viuunt, exceptis solis aquaticis quibusdam, vti Cancer, Astacus, Monoculus, quae quotannis cum crusta laboriose senectutem exuunt. An forte laruae et pupae? An imagines etiam persistentes?

Propagatio speciei vltimus creationis finis, ideoque et infecta, quae nuptias nondum celebrarunt, persistunt, hybernant et sequenti vere iterum proueniunt.



VI. D I S P O S I T I O.

§. 1.

Fundamentum entomologiae duplex est, Dispositio et Denominatio.

Dispositio insectorum secundum vera scientiae principia fundamentum praebet denominatio- nis. Fundamentum hoc si vacillat totum tandem ruit aedificium.

Cardine hoc dupli- cili tota nititur scientia entomo- logica; qui ergo hos rite perspexerit, verus est Entomologus, aliis non.

§. 2.

Dispositio insectorum fistit diuisiones siue coniunctiones eorum, et est artificialis, quae classes et ordines, vel naturalis, quae genera, species et varietates docet.

Scientia entomologica in incunabulis adhuc tenera iacet, quum dispositio artificialis nondum rite elaborata sit.

Duo tantum habemus entomologiae systemata, quae fundamento quodam quamvis vacillianti inaedificata sunt, nempe Linnaei et Geoffroyei, quorum alter nimis naturam sequens faepius amisit systema, alter vero systemati nimis deditus naturae vim intulit, genera multiplicauit et characteribus dubiis distinxit.

§. 3. Syste-

§. 3.

Systema examinat infecta per Clases, Ordines, Genera, Species et Varietates.

Numerus specierum in entomologia fere infinitus et nisi in ordinem redigantur, chaos semper erit entomologia.

Systemate veris principiis inaedificato adiuuante breui tempore infecta determinare, nominare addiscimus, absque vero hoc nulla unquam certitudo speranda.

§. 4.

Species tot numeramus, quot diuersae formae constantes existunt hodie.

Species propagantur ouis matrum, quae rumpuntur, ex crescunt metamorphosi triplici in imaginem matri simillimam.

Species haud intereunt, quibusdam annis quidem in minori copia inueniuntur, attamen nunquam omnino extirpantur.

Species nouas prouenire in infectis e miscela varia existentium, suadere videntur naturae leges, copia et affinitas specierum.

Natura non facit saltus, sed a minimis incipit et a primordio minimo summa abundantia.

Scarabaeus vacca, nuchicornis, ouatus.

Coccinellae plurimae.

Papilio Brassicae, Rapae, Napi, Sinapis, Monuste.

Ichneumones plurimi.

Tenthredines variae.

Musca carnaria, laruarum, radicum, domestica.

Musca vomitoria, cadauerina, Caesar.

Ergo copula differentium haud semper eandem speciem certe demonstrat.

Coccinella bipunctata et quadripustulata.
Chrysomela Alni et Betulae.

§. 5.

Varietates tot dicimus, quot differentia ex eiusdem speciei ouis producuntur infecta.

Differentia sexus maris, feminae et neutri vnica est naturalis et constans varietas.

Relique omnes oriuntur a cauffa accidentalis, quae si mutatur, reducitur varietas iterum ad speciem.

Varietates leuissimas vix curat Entomologus, nisi fint sexus, quae semper annotari merentur.

Varietates flagellum sunt scientiae, difficillime enim determinatur, quid sit species, quid varietas, quum cultura insectorum rarior.

§. 6.

Genera tot sunt, quot similiter constructa instrumenta cibaria proferunt diuersae species naturales.

In construendis generibus habitus et metamorphosis occulte consulenda, ne distinguenda combinentur, combinanda distinguantur.

Genera naturalia abunde demonstrant Curculiones, Scarabaei, Papiliones, Sphinges, Bombyces et alia fere innumera.

Cauendum tamen, ne nimis imitando naturam systematis amittamus filum ariadneum.

§. 7.

Classis est generum plurium conuenientia secundum leges artis et systematis.

Naturales existere insectorum classes vix dubitandum. Suadent ratio, detecta, obseruata. At nondum tempus est eas elaborare, quum tyrones adhuc scientiae simus.

Artificiales ideo substituendi sunt, usque dum plurimis laboribus plurimisque inuentis gradatim ad naturales accedamus.

§. 8.

Ordo est classium subdivisio, ne plura genera distinguenda simul et semel euadant, quam animus facile assequatur.

Ordo tantummodo ad facilitandum systema, ideoque etiam magis arbitrarius.

Quo magis naturalis, eo etiam praestantior, tantummodo sit facilis et distinctus.

§. 9.

Habitus est conformitas quaedam insectorum affinum et congenerum in metamorphosi, alatione, pedatione, caudatione, pubescencia, tentaculatione, lucidatione, excretione.

Habitus insectorum in conficiendis generibus occulte consulendus, ne genera naturalia frangantur; nimis vero habitui adhaerere est stultitiam loco sapientiae inuenire.

Habitus saepius genus indicat, at nunquam demonstrat, quum habitus determinari aut describi haut possit.

i. *Metamorphosis* est mutatio formae et structurae eiusdem infecti. vid. supra.

Metamorphosis maxime ad ordines et genera naturalia viam monstrat, quum nunquam infecta diuersae metamorphoseos idem genus naturale et vix eundem ordinem naturalem intrent.

Larua et pupa teneram aetatem insecti continent et differentia iuuentus et differentem senectutem indicare videtur.

Metamorphosi completa.	Cancer, Pagurus, Scyllarus, Astacus, Gammarus.
	Aranea, Trombidium, Phalangium.
	Scorpio, Iulus, Scolopendra;
semicompleta.	Forficula, Gryllus, Mantis, Blatta, Truxalis, Acrydium, Achetata, Locusta.
	Ryngota, Pulice excepto.
	Libellula, Aeshna, Agrion, Ephemera.
incompleta.	Eleuterata.
	Synistata.
	Pulex.
obtecta.	Glossata.
coarctata.	Antliata.

2. Alatio dicitur structura et situs alarum in thorace.

Ex alatione systema entomologiae confecere antecessores omnes, quum constantiorem crediderint. Habitum saepius optime indicat, at ad classum characteres conficiendos vix valet.

Alae nullas.	Aranea, Trombidium, Phalangium. Cancer, Pagurus, Scyllarus, Astacus, Gammarus.
	Lepisma, Podura, Monoculus, Oniscus, Hemorobius.
	Iulus, Scolopendra, Scorpio.
	Mutilla, Formica, Termes.
	Acanthia, Aphis, Coccus, Chermes, Pulex.
	Acarus, Hippobosca, Pediculus.
duae.	Antliata, exceptis Acaro, Hippobosca, Pediculo.
	Ephemera.
	Chermes.
	Eleuterata elytris connatis.

<i>Alae</i> quatuor superioribus crustaceis.	<i>Eleuterata.</i>
<i>omnibus mem- branaceis de- flexis.</i>	<i>Vlonata.</i>
<i>cruciatis.</i>	<i>Cicada, Laternaria, Membra- cis, Tettigonia, Cercopis.</i>
<i>squamatis.</i>	<i>Nepa, Notonecta, Cimex, Acanthia, Naucoris, Sigara.</i>
<i>nudis.</i>	<i>Glosiata.</i>
<i>superioribus abbreviatis.</i>	<i>Synistata.</i>
<i>fissis.</i>	<i>Leptura, Staphylinus, Forfi- cula.</i>
<i>plicatis.</i>	<i>Pterophorus.</i>
	<i>Vespa, Tenthredo, Sphex, Apis, Formica.</i>

3. *Pedatio* structura dicitur, numerus et situs pedum.

<i>hexapoda.</i>	<i>Pleraque.</i>
<i>octopoda.</i>	<i>Aranea, Trombidium, Scorpio, Phalan- gium.</i>
	<i>Cancer, Pagurus, Scyllarus, Astacus, Gam- marus.</i>
<i>polypoda.</i>	<i>Monoculus, Oniscus.</i>
	<i>Iulus, Scolopendra.</i>
<i>natatorii.</i>	<i>Hydrophilus, Dytiscus, Gyrinus.</i>
<i>bronchiales.</i>	<i>Notonecta, Nepa, Sigara, Naucoris.</i>
	<i>Monoculus.</i>
<i>saltatorii.</i>	<i>Chrysomela, Curculio, Attelabus.</i>
	<i>Gryllus, Locusta.</i>
<i>chelati.</i>	<i>Cicada, Cercopis, Chermes, Pulex.</i>
	<i>Cancer, Pagurus, Scyllarus, Astacus, Gam- marus.</i>
	<i>Acarus.</i>
<i>fulcrati.</i>	<i>Dytiscus, Mordella, Tenebrio.</i>
<i>ambulatorii.</i>	<i>Scarabaeus, Dermestes, Chrysomela, Cle- rus.</i>
	<i>Cimex, Nepa.</i>
	<i>Vespa, Sphex, Ichneumon, Formica, Mu- tilla.</i>
	<i>Musca, Tabanus, Empis.</i>
	<i>Iulus, Scolopendra.</i>

VI. D I S P O S I T I O.

ambulatorii. Mantis, Acrydium, Acheta.
adhaerentes vngue duplice. Hippobosca, Pediculus.

4. *Caudatio* est situs et figura caudae abdomen terminantis.

Gauda nulla.	Scarabaetus, Dermestes, Chrysomela, Curetilio.
	Laternaria, Cimex, Cicada.
	Musca, Syrphus, Tabanus.
	Phryganea, Hemorobius.
vñiseta.	Raphidia.
	Scorpio.
bifeta.	Locusta.
	Ephemera, Phryganea, Podura, Monoculus.
trifeta.	Ephemera, Lepisma.
aculeata.	Synistata.
forficata.	Forficula, Panorpa.

5. *Pubescentia* est armatura infectorum, qua ab externis iniuriis defenduntur.

lanata.	Bombylius, Melolontha.
tomentosa.	Syrphus.
fasciculata.	Buprestis, Cetonia.
pilosa.	Musca, Asilus.
vernícosa.	Curculio, Gryllus.
spinosa.	Curculio, Cerambyx.
aculeata.	Hispa, Curculio, Lamia.

6. *Tentaculationem* nominamus situm et figuram partium retractilium, sensum continentium.

Tentacula frontis.	Apes speculatores. Linn.
ad os.	Tabanus rostratus. Linn.
thoracis.	
vtrinque ad latera:	Malachius.
ad basin primi et secundi segmenti abdominis.	Malachius.

7. *Lucidatio* est situs partium lucem praebentium ad coitum facilitandum.

sub abdomine,	Lampyris,
frontis rostrati,	Laternaria,
punctorum thoracis,	Elater,
segmentorum abdo- minalium,	Musca, Syrphus,

8. *Excretio* est copia liquoris infecto capto effluente.

vomitus.	Silpha, Staphylinus,
crepitus ventris.	Carabus crepitans,
oleum limpidum e geniculis.	Meloe.

§. 10.

Dispositionem infectorum artificialem a solis instrumentis cibariis desumimus.

Anteceffores omnes mox ab hac, mox ab altera infectorum parte characteres classium et generum desumfere. Quale quaeso systema plantarum, si mox a radice, mox a caule aut a foliis, mox a floribus characteres desumerentur?

Linneus ideo ingenio systematico summo natus, insufficientes, vacillantes videns characteres, rarissime noua genera introduxit, ne characteribus hisce accumulatis maior oritur confusio.

Mihi vero instrumenta cibaria sola characteres praebent sufficientes, constantes.

Instrumenta vero cibaria sunt:

Palpi. Linn.	Antennulae. Raj. Schluga.
Clypeus. Fab.	Labium. Linn.
Labium. Fab.	
Rostrum. Linn.	Proboscis. Scop.
Seta. Linn.	
Vagina. Linn.	
Lingua spiralis. Linn.	

Mandibula. Fab.	Maxilla. Linn.
Maxilla. Fab.	
Galea. Fab.	
Proboscis. Linn.	Rostrum. Scop.
Stipes. Fab.	
Capitulum. Fab.	
Haustellum. Fab.	Rostrum. Linn.
Valuula. Fab.	Vagina. Linn.
Seta. Linn.	

Instrumenta haec cibaria ad distinguenda genera insectorum iam detecta et adhuc detegenda abunde sufficiunt.

§. II.

Classium characteres firmi sint, distincti et nullo modo vacillantes, iisdemque semper ex partibus desumti.

Classe si vacillant, totum tandem ruit systema.

Quo naturalior classis, eo caeteris paribus praestantior systema: attamen cauendum, ne sequendo naturam systema amittamus, quum non classes naturales sed artificiales elaboramus.

Divisio Linnaei classium, cui omnes nostri Entomologitam arcte adhaerent, fundamento quadam inaedificata ab alis solis characteres desumens. Male ideo Scopoli quorundam characteres mutauit et retinuit reliquos.

Coleoptera.	Proboscidea.
Lepidoptera.	Neuroptera.
Aculeata. —	Halterata.
Pedestria.	

Veterum divisio insectorum in terrestria et aquatica iam diu explosa est.

§. 12.

Classis, quo amplior eo etiam difficilior euadit, quum plura genera simul et semel sint distinguenda.

Eleuterata in primis classem constituunt difficilior rem, quum plura contineat genera.

Vlonata vero e contrario classem faciliorem fistunt, quum paucissima ad sint genera.

§. 13.

Ordinum characteres magis arbitrarii, quum solummodo ad facilitandum sistema inferuant.

Ordinum character si vacillat, minus nocet, nam systematis partem essentialiem haud continet.

Sit tantum breuis, distinctus et facilis.

§. 14.

Ordo genera inter se magis affinia proxime collocabit, ut facilius distinguantur.

Collocentur proprius affinia, ut differentia eorum magis eluceat.

Exempli loco sint Glossata.

Papilio.	male igitur Pupilio.
Sphinx.	Tinea.
Sesia.	Bombyx.
Zygaena.	Pyralis.
Bombyx.	Sphinx.
Noctua.	Alucita.
Phalaena.	Zygaena.
Pyralis.	Noctua.
Hepialus.	Pterophorus.
Pterophorus.	Sesia.
Alucita.	Hepialus.
Tinea.	Phalaena.

§. 15.

Generum characteribus fixis tota nititur scientia entomologica. Sint itaque constantes, sint solido inaedificati fundamento.

Genera si rite determinata, firmo stat scientia talo, fallis vero generibus omnia confundi necesse est.

Generum progressus hic fuit.

Veteres genera condiderunt vaga, indeterminata absque nomine et absque charactere; ut Rajus aliquie.

Linnæus primus scientiam in formam systematis redegit, genera condidit, characteres nominaque eorum dedit.

Geoffroyeus genera haud pauca addidit, characteribus magis deditus.

Scopoli genera in primis Antliatorum variis nouis auxit.

Brynniche pauca addidit.

Ego omnia haec genera secundum leges naturae et artis examinaui, characteres ab instrumentis cibariis defumsi et omnia tanquam noua condidi.

Genera Linneana.

Scarabaeus.	Hispa.
Lucanus.	Bruchus.
Dermestes.	Curculio.
Hister.	Attelabus.
Pausus.	Cerambyx.
Byrrhus.	Leptura.
Gyrinus.	Necydalis.
Silpha.	Lampyris.
Cassida.	Cantharis.
Ptinus.	Elater.
Coccinella.	Cicindela.
Chrysomela.	Buprestis.

Dytiscus.

Dytiscus.	Sphex.
Carabus.	Chrysis.
Tenebrio.	Vespa.
Meloe.	Apis.
Mordella.	Formica.
Staphylinus.	Mutilla.
Forficula.	Oestrus.
Blatta.	Tipula.
Gryllus.	Musca.
Laternaria.	Diopsis.
Cicada.	Tabanus.
Notonecta.	Culex.
Nepa.	Empis.
Cimex.	Conops.
Aphis.	Afilus.
Coccus.	Bombylius.
Chermes.	Hippobosca.
Thrips.	Lepisma.
Papilio.	Podura.
Sphinx.	Termes.
Phalaena.	Pediculus.
Libellula.	Pulex.
Ephemera.	Acarus.
Phryganea.	Phalangium.
Hemerobius.	Aranea.
Myrmeléon.	Scorpio.
Panorpa.	Cancer.
Raphidia.	Monoculus.
Cynips.	Scolopendra.
Tenthredo.	Oniscus.
Sirex.	Iulus.
Ichneumon.	

Scopoli.

Gibblum.	Tortrix.
Lethrus.	Geometra.
Ascia.	Anthrocera.
Graphium.	Trochylium.
Battus.	Macroglossum.
Pterourus.	Spectrum.
Argus.	Eucera.
Argyreus.	Hirtea.

VL. DISPOSITIO.

Styrex.	Erax.
Sicus.	Rhingia.
Anthrax.	Apos.
	Brynniche.
Bugo.	Xiphisura.
	Geoffroy.
Ptilinus.	Diaperis.
Copris.	Pyrochroa.
Byrrhus.	Pterophorus.
Anthrenus.	Tinea.
Cistela.	Formicaleo.
Peltis.	Vrocerus.
Bruchus.	Eulophus.
Lampyris.	Stomoxys.
Oinalysus.	Voluccella.
Hydrophilus.	Bibio
Gyrinus.	Notoxus.
Melolontha.	Cerocoma.
Prionus.	Acrydium.
Stenocorus.	Locusta.
Luperus.	Mantis.
Cryptocephalus.	Naucoris.
Crioceris.	Corixa.
Altica.	Psylla.
Galeruca.	Perla.
Mylabris.	Crabro.
Rhinomacer.	Diplolepis.
Bostrichus.	Stratiomys.
Clerus.	Nemotelus.
Anthribus.	Scatopse.
Scolytus.	Chelifer.
Anaspis.	Binoculus.
Tritoma.	

Nostra.

Trox.	Melyris.
Melolontha.	Ips.
Trichius.	Sphaeridium.
Cetonia.	Tritoma.
Apate.	Nicrophorus.
	Elophorus.

<i>Elophorus.</i>	<i>Semblis.</i>
<i>Nitidula.</i>	<i>Tiphia.</i>
<i>Erodius.</i>	<i>Termes.</i>
<i>Cucujus.</i>	<i>Scolia.</i>
<i>Spondylis.</i>	<i>Thynnus.</i>
<i>Seaurus.</i>	<i>Bombyx.</i>
<i>Zygia.</i>	<i>Scyllarus.</i>
<i>Mylabris.</i>	<i>Astacus.</i>
<i>Lymexylon.</i>	<i>Gammarus.</i>
<i>Blaps.</i>	<i>Sesia.</i>
<i>Helops.</i>	<i>Zygaena.</i>
<i>Paederus.</i>	<i>Bombyx.</i>
<i>Opatrum.</i>	<i>Noctua.</i>
<i>Oxyporus.</i>	<i>Hepialus.</i>
<i>Scarites.</i>	<i>Pyralis.</i>
<i>Apalus.</i>	<i>Alucita.</i>
<i>Pimelia.</i>	<i>Euania.</i>
<i>Malachius.</i>	<i>Leucospis</i>
<i>Sepidium.</i>	<i>Ascalaphus.</i>
<i>Anobium.</i>	<i>Andrena.</i>
<i>Calopus.</i>	<i>Nomada.</i>
<i>Lytta.</i>	<i>Pagurus.</i>
<i>Lagria.</i>	<i>Aeshna.</i>
<i>Erotylus.</i>	<i>Agrion.</i>
<i>Alurnus.</i>	<i>Trombidium.</i>
<i>Donacia.</i>	<i>Membracis.</i>
<i>Saperda.</i>	<i>Tettigonia.</i>
<i>Lamia.</i>	<i>Cercopis.</i>
<i>Zonitis.</i>	<i>Acanthia.</i>
<i>Callidium.</i>	<i>Reduuius.</i>
<i>Rhagium.</i>	<i>Rhagio.</i>
<i>Elaphrus.</i>	<i>Syrphus.</i>
<i>Truxalis.</i>	<i>Stomoxys.</i>
<i>Acheta.</i>	<i>Myopa.</i>

§. 16.

Characteres generum omnium ab iisdem semper partibus desumendi.

Vix infectum inuenimus, quod non aliqua parte corporis a reliquis congenibus recedat,
ideo

ideo tot genera, quod fere sunt species. Inde tot orta sunt genera vaga, indeterminata, ut praestantissimus systematicus ipse Linnaeus vix ausus fit noua condere genera.

Nos instrumenta cibaria hunc in finem introduximus, assumfimus et ea constantissima obseruauimus.

Genera facta ideo affirmamus omnia, quae in partibus iisdem et similibus fundamentum haud agnoscunt.

Copris Geoff. thorace cornuto non esset *Scarabaeus* antennis lamellatis.

Laria Scop. femoribus non fulcratis non esset *Silpha* thorace marginato.

Necydalis, elytris dimidiatis. *Leptura* thorace rotundato.

Leptura Linn. elytris attenuatis. *Cerambyx* thorace spinoso.

Cerambyx Scop. thorace attritu stridente. *Leptura*.

Mordella Scop. femoribus fulcratis. *Buprestis*.

Carabus Scop. femoribus fulcratis. *Tenebrio*; et sic in reliquis fere omnibus.

§. 17.

Character generis omnibus speciebus sub eodem genere militaribus conueniat.

Canon hic si laeditur, omnis prosternitur systematicis et generum certitudo, hac vero destrusa semper vacillabit scientia.

Scarabaeus antennis filiformibus. Linn.

Dermestes antennis filiformibus. Linn.

Leptura elytris linearibus. Linn.

Papilio antennis filiformibus. Linn.

Cerambyx thorace rotundato. Linn.

Elater thorace edentulo. Scop.

§. 18.

Plurima genera notam aliquam singularem in instrumentis cibariis gerunt.

Notae hae si constantes omnibusque speciebus conueniunt characteres praebent optimos.

Fasciculi setarum sub mandibulis. Lucanus.

Os protractum in rostrum. Curculio, Attelabus, Panorpidae.

Palpi cheliformes. Scorpio.

Mandibula chelifera. Phalangium.

Palpi inter maxillas connati. Scolopendra.

Rostrum lamellatum. Pulex.

Haustellum cylindricum biuale. Hippobosca.

Palpi incurui vnguiculati. Trombidium.

Palpi linguaeformes. Nomada.

§. 19.

In multis generibus aliqua pars oris a congeneribus aberrat.

Clypeum diuersum inuenimus in Melolontha, Scarabaeo.

Mandibulam. Lucanus.

Labium. Scarabaeus, Cetonia, Apis.

Palpos. Scarabaeus, Aranea.

Maxillam constantissimam inuenimus, vix in congeneribus variat.

§. 20.

Numerum nunquam, figuram interdum, situm raro, proportionem rarissime in congeneribus diuersa inuenimus.

Numerus partium omnium in eodem genere semper idem, constantissimus.

Figura interdum variat, vti Clypeus Melolonthae, Labium Scarabaei, Apis.

Situs partium vix aberrat, nisi sint palpi postici. Scarabaeus.

Proportionem me in congeneribus variantem videisse vix memini.

§. 21. In-

§. 21.

Instrumenta cibaria secundum varium sexum eiusdem speciei rarissime differentia inueniuntur.

Plerumque omnia eiusdem speciei insecta partibus exakte similibus gaudent. Exceptio rarissima.

Mandibulae differentes Lucanus Ceruus, Curculio dispar.
Palpi Aranea.

Maxillae et labium tunc constantissima semper simillima.

§. 22.

Antennae ad generum characteres minus valent, quam plurimi estimant.

Antennis ad genera distinguenda nimis adhaeserunt antecessores omnes.

Saepius tamen differunt antennae insectorum sub eodem genere militantium. Curculio, Melolontha, Oniscus, Tabanus, Tenthredo.

Saepius differunt secundum sexum eiusdem speciei. Cero coma, Phalaena, Elater.

Saepius etiam omnino desunt. Aranea, Trombidium, Scorpio.

Antennarum characteres tamen semper generibus apposui, quum systema facilitent.

§. 23.

Instrumenta cibaria si conueniunt, antennae autem differunt, ceteris paribus coniungenda sunt genera.

Instrumenta cibaria characteres veros essentiales generum praebent, antennae vero tantum succedaneos, ideoque rarissime adhibendae.

In Glofatis antennas ad genera distinguenda coacti adhibuimus, quum genera naturalis huius classis difficillime determinentur, atamen determinatio horum generum nondum satisfecit.

Ad ordinum characteres conficiendos potius inferiunt.

§. 24.

Metamorphosis quidem nunquam generis characterem constituit, ad finem characterum tamen semper adduxi, quum viam ad ordines et genera naturalia breuissimam monstraret.

Metamorphosis nullo modo characterem generis praebere valet, quum characteres ab insecti perfecti partibus, non vero a mutatione varia structurae desumi debeant.

Metamorphosis tamen probe obseruanda, quum viam rectam ad naturam ducat. Nota enim metamorphosi omnium, vix dubium de ordine naturali foret.

Metamorphosin in primis loco characterum introduxere Swammerdam, Lister, Roeffel, Reaumur, Deger.

§. 25.

Character est definitio generis, isque triplex datur, factitius, essentialis et naturalis.

Charactere generico distinguitur genus a reliquis omnibus, cum definitione ideo conuenit.

Character habitualis ab habitu externo, quem assumfere Raius aliique veteres in determinatione generum per se exoleuit; rite enim determinari aut describi haud potest.

§. 26. Cha-

§. 26.

Character essentialis notam generi soli, cui applicatur propriam et singularem administrat, ut genus mox ab omnibus reliquis eiusdem ordinis naturalis distinguitur.

Character essentialis optimus, facillimus, at vix vbique possibilis.

Character hic quo breuior, quo distinctior, eo ceteris paribus etiam praestantior.

Exempla plura huius characteris subministrat Systema Entomologiae. *Flensb.* 1776.

Lucanus, Clerus, Melolontha, Cicindela, Acrydium, Locusta.

Laternaria, Sigara, Pulex.

Phryganea, Vespa, Apis, Nomada.

Tipula, Bibio, Syrphus, Musca, Tabanus, Empis, Hippobosca.

Scorpio, Phalangium, Aranea, Trombidium, Scolopendra.

§. 27.

Character factitius genus ab aliis generibus eiusdem tantum ordinis artificialis distinguit.

Ad genera extra ordinem naturalem distinguenda assumit notas aut pauciores aut plures, quum contra essentialis character nota vnica genera ab omnibus reliquis sub eodem ordine naturali militantibus distinguit.

Essentiali ideo longe post ponendus nec vnuquam assumendum, vbi essentialis adduci potest.

Character factitius essentiali magis generalis omni generi applicabilis, essentialis vero in multis generibus adhuc deficit, e.g. in *Glossatis* vix eruendus.

§. 28.

Character naturalis notas omnes genericas possibilis allegat, ideoque essentialem et factitium includit.

Ego primus in Entomologia characteres naturales composui, introduxi, quibus omne systema niti debet.

Omnes adducit notas excepta tamen structura naturalissima, quae omnibus conuenit.

Generum est infallibilis custos, semper immutabilis permanebit plurimis etiam nouis generibus detectis, tantum excludantur notae superfluae, si nouae species a congeneribus in vna alteraue parte diuersae recipiantur.

Character essentialis nouis detectis generibus saepius fallax euadit, naturalis nunquam; ideoque et character naturalis isque solus fundatum generum in Entomologia firum continent.

Opus fane est infiniti laboris characteres dare generum naturales, vt omnes generum species comprehendant. Instrumenta omnia cibaria examinanda, etiam quae in insectis paruis visum eludunt.

Examinaui, descripsi, determinaui fere omnia mihi nota adhibito tantum microscopio parvo, simplici. In animalculis absque microscopio vix visibilibus notas microscopio quaerere necesse erit.

Genera mea Insectorum, Kiliae 1777. characterum naturalium exempla abunde praebent.

§. 29.

Character naturalis in omnibus licet diuersissimis systematibus immutabilis seruari debet.

Quamdiu systematici quotidie nouos generum characteres nouosque conceptus introducunt, tamdiu nunquam genera stabiliuntur, nulla scientiae erit certitudo et breui tempore ad pristinam barbariem redibit Entomologia.

§. 30.

Characteres, qui visu haud obtinentur, nullo modo adhibendi.

Mitto hic veterum characteres, qui saepe habitationem, alimentum aliaque loco characteris assuebant.

Oculus praebet sensum constantissimum, reliqui saepe variant nec rite determinari valent.

Characteres ideo omnes a fono Entomologo vero omnino indigni.

Cicada Scop. Gens stridula, terrestris.

Leptura Scop. Thorax subrotundus atterens absque sono.

Cerambyx Scop. Thorax attritu stridens.

Characteres ab odore desumti itidem omnino reiiciendi.

Cimex Scop. Gens cursoria plerumque foetens.

§. 31.

Characteres genericci a loco desumti omnino ex Entomologia extirpandi.

Locus insectorum semper subintelligitur, accidentalis tamen semper est. Laruae saepius aquatice, quarum imagines terrestres.

Dytiscus Scop. Gens aquatica, segnis.

Notonecta Scop. Gens aquatica, natans in dorso.

Cimex Scop. Gens terrestris, cursoria.

Pediculus Scop. Habitatio in animalibus.

§. 32.

Characteres generici a colore mutuati nullo modo
valent.

Color insectorum est maxime accidentalis, sae-
pius varians vix ad specierum differentias,
nunquam vero ad generum characteres ad-
hibendus.

Chrysis Linn. Corpus auratum.

Chrysis Brynn. Corpus auratum.

§. 33.

Characteres generici a comparatione cum alio
insectorum genere desumpti nullo modo tole-
randi.

Omne simile claudicat et tertium comparationis
haud semper eruitur.

Tyronibus inferuire studemus, qui genera vix
vlla nouerint, et illis comparatio semper
obscura.

Necydalis Scop. Antennae cerambycinae.

Termites Scop. Facies Pediculi.

Pediculus cognatus et similis. Raj.

§. 34.

Characteres generici omnes, qui non a numero,
figura, situ et proportione partium insecto-
rum desumuntur, omnino excludendi.

Varii varias insectorum proprietates loco chara-
cteris assument at perperam, nunquam
alios characteres, quam e partibus ipsis de-
sumtos admittimus.

Carabus Scop. Corpus agile.

Dytiscus Scop. Corpus segne.

Ephemera. Volatus grauis, vita breuis.

§. 35.

Genus vnicā specie constare potest, licet plurimis faepiis componitur.

Vnicam speciem continent.

Calopus.	Scaurus.
Melyris.	Cerocoma.
Alurnus.	Leucospis.

Plurimis speciebus constant alia genera, quae Entomologis in primis commendato.

Curculio.	Papilio.	Sphinx.
Phalaena.	Tinea.	Cimex.
Ichneumon.	Apis.	Syrphus.
Musca.	Tipula.	Aranea.
Acarus.	Pediculus.	Phryganea.

§. 36.

Termini artis in characteribus genericis puri eligendi, obscuri, erronei et dubii omnino relegandi.

Termini artis usum praebent eximum in compendiose loquendo. Sunt solummodo adaequatis definitionibus rite determinati, constantes et rite adhibiti.

Rostrum Cimicis, Curculionis, Bombylii, Muscae, multum a se inuicem differunt.

Haustellum. Rostrum. Linn. Proboscis. Scop.

Auxi Entomologiam plurimis in primis instrumentorum cibariorum, uti Clypeus, Labium, Mandibula, Maxilla, Galea, Haustellum.



VII. NOMINA.

§. 1.

Denominatio alterum Entomologiae fundamen-
tum de nominibus disponit eaque determi-
nat, auget,

Nomina si pereunt, perit et cognitio rerum.
Demitis nominibus rite determinatis aliis ideas
nostras nullo modo communicare valemus.

Veterum nomina plerumque praestantissima, ideo-
que et omnia nomina Linnaeana in veterum
eruditione trita, retinui, quamuis eorum
fontes faepius ignoramus.

§. 2.

Nomina vera infectis imponere Entomologis ge-
nuinis tantum in potestate est.

Denominatio infectorum facillima quidem vide-
tur, at difficillima tamen est, quum cogni-
tionem generum omnium ante conditorum
eorumque nominum supponat.

Nomina absurdâ infectis plurimis ab idiotis impo-
sita sunt e. gr.

Molitor. Scarabaeus.

Ceruus volans. Lucanus.

Gallina Mariæ. Coccinella.

Aedilis. Cerambyx.

Vrsus. Bombyx.

Libatrix. Bombyx.

Leopardus. Sphinx.

Meticulosa. Noctua.

Ga.

Admira.

Admirabilis. Bombyx.
Terribilis. Bombyx.
Somnolentus. Bombyx.
Audax, intrepidus. Hemerobius.
Abyssus Satanae. Monotulus.

§. 3.

Nomina insectorum omnia sunt vel classis et ordinis, vel generis et speciei; illa semper in enunciatione infecti sunt muta, haec vero sonora.

Insectum nomine generico et specifico instructum, perfecte nominatum est.

Nomen classis et ordinis nunquam nomen infecti intrabunt, quamvis subintelligantur.

§. 4.

Nomina classium continebunt characterem essentialis suae classis.

Nomina sunt onera artis ineuitabilia, ideoque quantum fieri potest facilitanda.

Nomina classium Linneana abs alis classes desumens optima, nec mala Schlugiana latina.

<i>Linnaeana.</i>	<i>Schlugiana.</i>
Coleoptera.	Vaginantia.
Hemiptera.	Semivaginantia.
Lepidoptera.	Farinacea.
Neuroptera.	Venosa.
Hymenoptera.	Bialata.
Diptera.	Nuda.
Aptera.	

§. 5.

Nomina classium omnia eadem lingua propria sunt.

Nomina

Nomina latina aut graeca bona sunt, at eadem per omnes classes retineri debent.

Male ideo Scopoli mutauit Linnaci Aptera in Pedestria, Hymenoptera in Aculeata, et reliquit reliqua Graeca.

§. 6.

Nomina classium iisdem semper partibus desumenda sunt.

Characteres classium ab iisdem semper partibus desumendi; nomina vero exprimant characterem. Ergo et nomina ab iisdem semper partibus sint petenda.

Mutauit et Scopoli quarundam classium nomina desumens Linnaei, Hemiptera in Proboscidea, Hymenoptera in Aculeata, Diptera in Halterata et Aptera in Pedestria, quo ipso et determinatio et denominatio magis lubricae.

§. 7.

Classium nomina vnico tantum constabunt vocabulo nec nimis composito.

Nimis composita mihi dicuntur verba, quae plura quam duo vocabula continent.

Characterem loco nominis assumere inconsultum, quum nimis longus difficillime memoria retineatur.

Ex ouis sphaericis exclusa, atque ultima et integra forma et si non magnitudine nata. Lister.

Ex ouis longiusculis vermiculi nati, e quibus adultis Chrysalfides fiunt, aut quae nuda et in nympha esse dicuntur, quae omnia non aliud sunt quam status quidam seu conditiones adolescendi a victus ratione. Lister.

§. 8.

Nominum ordinum cum nominibus classium pars est ratio, attamen magis libera sunt.

Contineant characterem essentialem sui ordinis.

Antennis filiformibus.

Antennis setaceis.

Sint omnia in eadem lingua proposita.

Omnia eiusdem classis iisdem partibus petenda.

Vnico aut duobus constent tantum vocabulis.

§. 9.

Quaecunque infecta genere conueniunt eodem nomine generico designanda sunt.

Afellus Raj. Pulex marinus Raj. Oniscus,

Libella Raj. Musca rarissima in Italia capta Raj.
Libellula,

Cimex Raj. Musca cimiciformis Raj. Cimex.

Character genericus idem et idem nomen supponit, quum character definitionem et generis et nominis contineat.

§. 10.

Quaecunque e contrario infecta genere differunt, diuerso nomine generico distingueda sunt,

Scarabaeus maximus.	Melolontha.
---------------------	-------------

Scarabaeus magnus.	Scarabaeus.
--------------------	-------------

Scarabaeus maiusculus.	Nicrophorus.
------------------------	--------------

Scarabaeus viridis.	Chrysomela.
---------------------	-------------

Scarabaeus alter.	Coccinella.
-------------------	-------------

Scarabaeus olens.	Cerambyx.
-------------------	-----------

Scarabaeus niger.	Spondylis.
-------------------	------------

Scarabaeus viridis.	Cicindela.
---------------------	------------

Scarabaeus castaneus.	Elater.
-----------------------	---------

Scarabaeus niger,	Tenebrio,
-------------------	-----------

Scarabaeus niger.	Carabus.
-------------------	----------

Scarabaeus

<i>Scarabaeus cauda furcata.</i>	<i>Forficula.</i>
<i>Scarabaeus maiusculus.</i>	<i>Staphylinus.</i>
<i>Scarabaeus mollis.</i>	<i>Meloe.</i>
<i>Scarabaeus maiusculus.</i>	<i>Curculio.</i>

§. II.

Nomen genericum in eodem genere vnicum tantum erit.

Vnicum genus, vnicum nomen, ne oriatur confusio.

Cantharis seu Scarabaeus.
Smaragdulus siue Viridulus Merr.

§. 12.

Nomen genericum in eodem genere semper idem erit.

Character generis semper idem, ergo et nomen.

<i>Silpha Linn.</i>	<i>Peltis Geoff.</i>
<i>Buprestis Linn.</i>	<i>Cucuius Geoff.</i>
<i>Empis Linn.</i>	<i>Asilus Scop.</i>
<i>Asilus Linn.</i>	<i>Erax Scop.</i>
<i>Conops Linn.</i>	<i>Empis Scop.</i>
<i>Lucanus Scop.</i>	<i>Platycerus Geoff.</i>
<i>Lepisma Linn.</i>	<i>Forficina Geoff.</i>
<i>Carabus Linn.</i>	<i>Buprestis Geoff.</i>

Nominum genericorum enim mutatio semper ansam confusionis praebet.

§. 13.

Nomen genericum vnum idemque ad diuersa designanda genera assumptum altero loco excludendum erit,

Attelabus Linn. *Attelabus,*
 Geoff. *Hister,*

<i>Cantharis</i> Linn.	<i>Cantharis</i> :
- - - Geoff.	<i>Lytta</i> .
<i>Buprestis</i> Linn.	<i>Buprestis</i> :
- - - Geoff.	<i>Carabus</i> .
<i>Afilus</i> Linn.	<i>Afilus</i> .
- - Scop.	<i>Empis</i> .

§. 14.

Qui nouum genus constituit, eidem nomen etiam imponere tenetur.

Nomen est sonus generis, ideoque absque nomine genus indicari non potest, et absque nomine cognitio generis perit.

- Perlarum forte species.* Aldr.
Pediculo cognatus et similis. Raj.
Ad Scolopendram accedens. Raj.
Musca rarissima in Italia capta. Raj.

§. 15.

Nomina generica e duobus nominibus integris ac distinctis facta e republica entomologica plane releganda sunt.

<i>Leo Aphidis</i> Reaum.	<i>Hemorobius</i> .
<i>Scorpio Musca</i> Frisch.	<i>Panorpa</i> .
<i>Musca Scorpura</i> Merr.	<i>Panorpa</i> .
<i>Vespa Ichneumon</i> Raj.	<i>Ichneumon</i> .
<i>Scorpio Araneus</i> Frish.	<i>Scorpio</i> .
<i>Locusta Pulex</i> Swamm.	<i>Cicada</i> .
<i>Musca Cerambyx</i> Schaeff.	<i>Leptura</i> .

§. 16.

Nomina generica ex duobus vocabulis distinctis et integris composita tolerari non debent.

<i>Cerius volans</i> Imp.	<i>Lucanus</i> .
<i>Taurus volans</i> .	<i>Lucanus</i> .
<i>Musca tripilis</i> .	<i>Ichneumon</i> .

Musca

<i>Musca apiformis</i> Pet.	<i>Bombylius.</i>
<i>Musca cimiciformis</i> Raj.	<i>Cimex.</i>

§. 17.

Nomina generica e duobus vocabulis latinis integris et compositis reiicienda sunt.

<i>Ruricolus.</i>	<i>Carabus.</i>
<i>Formicaleo</i> Geoff.	<i>Myrmeleon.</i>
<i>Gryllotalpa</i> Raj.	<i>Acrydium.</i>
<i>Ligniperda</i> Pall.	<i>Apate.</i>
<i>Binoculus</i> Geoff.	<i>Monoculus.</i>

Graeca talia optima at latinae linguae omnino contraria sunt.

<i>Formicaleo</i> Geoff.	<i>Myrmeleon.</i>
<i>Ligniperda</i> Pall.	<i>Lymexylon.</i>

§. 18.

Nomina generica hybrida e vocabulo graeco et latino composita haud agnoscenda sunt.

Monoçulus Linn.

§. 19.

Nomina generica cui syllaba vna vel altera praeponitur aut in fine additur, ut aliud plane genus quam antea significet, Entomologis indigna sunt.

Syllaba praeposita.

<i>Hydrocantharis.</i> Raj.	<i>Donacia.</i>
<i>Binoculus.</i> Geoff.	<i>Monoculus.</i>

Syllaba in fine addita.

<i>Afellus.</i> Raj.	<i>Oniscus.</i>
<i>Cancellus.</i> Raj.	<i>Cancer.</i>
<i>Libelloides.</i> Schaeff.	<i>Aiscalaphus.</i>
<i>Coccinella.</i>	<i>Coccus.</i>

§. 20. No-

§. 20.

Nomina generica simili fono exeuntia ansam praebent confusionis.

Formicaleo.	Raj.	Myrmeleon.
Chamaeleo.	Goed.	Stratiomys.
Leo Aphidis.	Reaum.	Hemerobius.
Radiculus.	Raj.	Pediculus.
Pediculus marinus.	Raj.	Oniscus.
Pediculo cognatus.	Raj.	Termes.
Musca scorpiura.	Merr.	Panorpa.
Musca tripilis.	Mouff.	Ichneumon.
Musca apiformis.	Pet.	Bombylius.
Musca cimiciformis.	Raj.	Cimex.

§. 21.

Nomina generica infectorum cum Botanicorum, Zoologorum, Lithologorum aut Medicorum nomenclaturis communia, si ab Entomologis postea assunta, ad ipsos remittenda.

Quadrupedia. *Amphibia.*

Ceruus volans	Lucanus.	Testudo Blank.
Taurus volans		Cassida.
Leo Aphidis.	Hemerobius,	

Botanica. *Medica.*

Squilla Klein.	Gammarus.	Ephemera.
Coris.	Acanthia.	Anthrax Scop.
Staphylinus.		
Serratula Schulz.	Helops.	

Lapides.

Smaragdulus vel viridulus Merret.	Citonia.
Perla Petiv.	Hemerobius.

Coelestia. *Moralia.*

Capricornus Degeer.	Ce-	Admirabilis
rambyx.		Terribilis
		Audax intrepidus Goed.

Mathematica.

Geometra Scop.	Phalaena.
Tortrix Scop.	Pyralis.

merobius,

§. 22.

Nomina generica contraria speciei alicui sui generis mala sunt, vix toleranda.

- Bostchus glaber.*
Circulio nobilis.
Scarabaeus arboreus.

§. 23.

Nomina generica diminutiua e lingua latina contorta toleranda, quamuis praestantissima haud sunt.

<i>Forficula</i>	<i>Forceps.</i>
<i>Nitidula</i>	<i>Nitidus.</i>
<i>Mordella</i>	<i>Mordes.</i>
<i>Coccinella</i>	<i>Coccus.</i>

§. 24.

Nomina generica obscura graeca et latina, quorum fontes quidem ignoramus, tamen retinenda sunt; barbara vero omnino excludenda.

Etymologia nominum in primis latinorum difficilime eruitur et eruta saepius tamen dubia perficit.

Nomina barbara, quae quidam in Entomologia in nouissimis temporibus introduxerunt, omnino reiicienda, quum nullo modo intelligantur et difficile pronuncientur.

Obscura latina.

- Tenebrio. Tenebrae,
 Lucanus Plinii.
 Cicada.
 Cimex.
 Mordella. Mordeo.
 Chermes.

Obscura Graeca.

- Silpha
 Attelabus
 Cantharis
 Carabus
 Necydalis
 Staphylinus
- σιλφή
 αττελαβης
 κανθαρης
 καραβος
 νεκυδαλης
 σταφυλινη

Nitidula

Nitidula Cicer.	Thrips	Θρίψ
Paederus.	Ips	ἰψ Theophr.
Opatrum.	Acrydium	ακρυδίον
Truxalis, Plinii.	Cetonia	κέτονια Hesych.
Crabro, Plinii.	Melyris	μελούρις
Hister.	Erodius	ερόδιος
Forficula. Forfex.	Spondylis	σπονδύλη Cordi
Locusta Plinii.	Zygia	Ζυγία
Formica.	Helops	ἡλοψ
Vespa.	Sepidium	σηπιδίον
Termes.	Scarites	σκαρίτες
Apis.	Lytta	λυττα
Cancer.	Anobium	ανοβίον
Pagurus.	Erotylus	ερωτόλος
Scyllarus.	Alurnus	αλούρος
Astacus.	Saperda	σαπερδής
Gammarus.	Lainia	λαίνια
Aranea.	Zonitis	ζονίτις
Phalangium.	Trox	τροξ Hesiod.
Papilio.	Aiscalaphus	ασκαλαφος Aristot.
Phalaena.	Scolia	σκόλια Aristot.
Noctua. Nox.	Andrena	ανδρενα Aristot.
Tinea.	Oniscus	ονισκος Theophr.
Fulgora. Fulgeo.	Cynips	σκυνίψ
Pulex.	Ichneumon	ιχνευμόν
Nepa.	Euania	ευανία
Reduuius.	Nomada	νομάδας
Tipula.	Bembex	βεμβίζ
Bibio.	Sphinx	σφίνξ
Musca.	Zygaena	ζυγαενα
Tabanus.	Pyralis	πυραλίς
Oestrus.	Rhagio	ῥάγιον
Culex.	Conops	κονοψ
Asilus.	Bombylius	βομβυλίος
Pediculus.		
Acarus.		

§. 25.

Nomina generica, quae characterem essentiale, habitum aut proprietatem singularem insectorum sub genere militantium exprimunt, semper optima sunt.

Scarabaeus	fodio	σκαρπτω
Dermestes	pellis	δερμα
Trichius	capillae	τριχες
Apate	impostura	ωπατη
Nicrophorus	vespillo	νικροφόρος
Sphaeridium	rotunditas	σφραγίς
Elophrus	palus	έλος
Coccinella	granum	κόκκος
Curculio f. Gurgul.	toruus	γοργωπός
Chrysomela	poma aurea	χρυσομήλα
Scaurus	pedibus inflexis	σκαυρός
Lampyris	Fax	λαμπτας
Leptura	attenuo	λεπτος
Buprestis	bos (<i>Bas</i>) inflam- mans	πυρηστης
Dytiscus	vrinator	δυτης
Cryptocephalus	abscondo	κρυπτω
Melolontha	caput	κεφαλη
Mylabris	pomarium	μηλον
Lymexylon	molitrix	μυλιχθος
	perdo	λυμαῖνω
Blaps	lignum	ξύλον
Pimelia	inutilis	βλαψ
Oxyporus	obesus	πιμελης
Apalus	celeripes	οξυπόρος
Lagria	mollis	απαλος
Malachius	lanugo	λαχυν
Calopus	malachites	μαλάχιτης
Donacia	pulcr. pedes habeas	καλοπεζ
Hydrophilus	arundo	δοναξ
Rhagium	aqua	ιδωρ
Elaphrus	spina	ραχης
Blatta	agilis	ελαφρος
Gryllus	noceo	βλαπτω
Byrrhus	grunnio	γρυλλιζω
Bruchus	pellis	βυρσης
Anthrenus	stideo	βρυχω
Bostrichus	flos	ανθρος
Chrysis	cincinnus	βοστρυχος
Myrmelion	aurea	χρυσης
Tiphia	formica	μυρμηξ
	palus	τιφης

Raphidia	acicula	ραφίδια
Thynnus	cum impetu fero	Θυνώ
Ephemera	vnius diei	εφημέρος
Lepisma	squamá	λεπισμάτων
Hemerobius	dies	ἡμέραι
Mutilla	mutilus	μυτιλός
Agrion	ferus	αγριός
Trombidium	grumulus	Τρομβίδιον
Scolopendra	assulae corporis	σκολοπόφ
Scorpio	exacerbo	σκορπίων
Sesia	tinea	σητός
Hepialus	febris lenta	ἡπιαλής
Pterophorus	ala	πτερόν
Notonecta	humeo	νοτεων
Aphis	dirimo	αφιστήμε
Tettigonia	strideo	τεττιγώ
Coccus	granum	κοκκός
Acanthia	spina	ακανθά
Naucoris	nauticus	ναυκληγός
Syrphus	vulgatus	συρφός
Empis	imbibo	εμπίνω
Stomoxys	os facio	στομων
Hippobosca	equus	ἵππος
Mantis	vates	μαντεῖς

§. 26.

Nomen genericum antiquum antiquo generi con-
venit.

Nomina veterum, difficillime eruuntur et eruta
dubia tamen semper persistunt, quum figurae
et descriptiones vix ullae.

Antiqua ideo nomina, quum indeterminata, su-
perflua sint optime infectis iam diu notis
imponuntur.

Scarabaei genus antea sub se comprehendebat Cetoniam,
Melolontham, Lucanum, Trichium, at detectis
characteribus nouis essentialibus notissima illa in-
fecta noua nomina assumere nequeunt, hinc an-
tiquissima illa recepta fuere. Trichius vero vix
veteribus notus nouum nomen assumpsit.

§. 27. No-

§. 27.

Nomen genericum dignum, alio licet aptiore permutare non licet.

Nomina in veterum eruditione trita pleraque optima haud mutanda, quamuis interdum eorum deriuationem ignoremus.

Melolontha maxilla dentata aptius *Gnathodontus essentia* nomine vocari posset.

Carabus reliquis insectis maxime praedatur ideoque illi nomen *Leistus* conueniret.

Abstineamus vero a tali mutatione in infinitum, quae tantummodo confusionem et tandem ruinam scientiae parit.

§. 28.

Nomina generica noua haud fingenda, quamdiu synonyma digna in promtu sunt.

Antiquum si disiungitur genus, noua nomina effingenda non sunt, quamdiu antiqua adsunt, nam antiquo generi antiquum conuenit nomen. §. 26.

Nouum genus detectum melius novo nomine nominatur, quamvis antiqua nomina haud deessent.

§. 29.

Nomen genericum vnius generis, nisi superuacaneum, in aliud transferri haud debet.

Omnis nominum mutationes ansam praebent confusionis. Maneant ideo omnia, nisi sint noxia aut absurdia, de quibus iam dictum est. gr.

Scopoli mutauit Linnaei Asilus in Erax, Empis in Asilus et Conops in Empis: inde necessario oritur confusio, quum iam ideam aliorum insectorum cum his nominibus combinare soleamus.

§. 30.

Si genus receptum secundum leges naturae et artis in plura dirimatur, tum nomen antea commune vulgatissimo insecto manebit.

Scarabaei genus quum dirimerem in Scarabaeum, Melolontham, Cetoniam, Trichium et Lucanum, necessario Scarabaeus hoc nomen commune antea omnibus concedere debui, quum insecta generis frequentissima notissima sint.

§. 31.

Nomina Entomologiae generica omnia latinis litteris pingenda.

Sonus nominum, quantum fieri potest, facilitandus, ideoque nec graeca, nec barbara admittimus; et terminationem graecam in latinam mutamus.

η in a	ειλφη	Silpha.
η in c	κοκκης	Coccus.
χ in ch	χρυσομηλα	Chrysomela.
δ in th	κανθαρις	Cantharis.
ο in u	καραβος	Carabus.
υ in y	νεκυδαλος	Necydalis.
ψ in ps	θριψ	Thrips.
φ in ph	σταφυλινος	Staphilinus.
ου in um	ακρυδιον	Acrydium.
ευ in y	μελουρις	Melyris.
η in is	σπονδυλη	Spondylis.
ης in a	σαπερδης	Saperda.
αι in ae	ζυγαιη	Zygaena.

§. 32. No-

§. 32.

Nomina generica sesquipedalia, enunciati diffilia et nauseosa semper fugienda.

Sesquipedalia dicimus verba, quae plures quam duodecim litteras continent.

Cryptocephalus. Geoff.

Nauseosa, quae nescio quid insueti produnt.

Anthrax. Scop.

Erax. Scop.

Bugo. Brynn.

§. 33.

Terminis artis loco nominum genericorum abuti inconsultum semper erit.

Hexapus Raj.

Millepes Matth. Oniscus.

§. 34.

Nomina triuialia a Linnaeo primo introducta vocamus nomina specierum propria.

Linnaeus his Zoologiam, Botanicam et Mineralogiam locupletauit.

Vsus nominum triuialium eximius in breuitate et constantia. Differentiae enim specificae saepius nimis longae euadunt et nouis detectis speciebus mutari debent. Nomina vero triuialia semper permaneant.

Nomina triuialia fere innumera nominibus classificis et genericis magis libera sunt, attamen quibusdam regulis limitata.

§. 35.

Nomina triuialia vnico tantum constabunt vocabulo, nec nimis composito aut sesquipedali.

Commendant se nomina triuialia in primis breuitate, ideoque nomen sit vnicum.

- Scarabaeus flos Chalci striatus.* Voet.
- - - *orphanus maculosus.* Voet.
- - - *scarabaeoides crispans.*

Vocabula sesquipedalia semper fugienda, quum difficilius memoria retineantur.

- Musca coeruleophtalmica.* Scop.
- Chrysomela Friderichsdalensis.* Müller.

§. 36.

Nomina triuialia in oides definentia ad similitudinem quandam cum alio genere exprimendam minus placent.

Nomina generica in oides Botanicorum omnino reiecta in Triuialibus insectorum nunc iterum introducta.

Notitiam reliquorum generum praesupponit talis comparatio; at imprimis tyrones docere studemus.

Noscitur infectum ex nomine, et nomen ex infecto, ambo vero ex proprio charactere; comparatio igitur nunquam admittenda.

Habitus praeterea saepius fallit et in eodem genere interdum infecta, quae habitu differunt, quo ipso comparatio fallax euadit.

- Eanax conopsoides.* Scop.
- Eanax tenthredoides.* Scop.
- Tipula hemerobioides.* Scop.
- Tipula phalaenoides.* Linn.
- Musca conopsoides.* Linn.
- Lucanus caraboides.* Linn.
- Afilus crabroniformis.* Linn.
- Eanax crabroniformis.* Scop.
- Apis vespiformis.* Scop.
- Sphex vespoides.* Scop.

§. 37.

Nomina triuialia nunquam gradum comparatiuum
aut superlatium admittunt.

Comparatiuus et superlatiuus semper comparatio-
nem cum reliquis speciebus eiusdem generis
indicant, quae nullo modo admittenda.

<i>Necydalis</i>	<i>maior.</i>	<i>Chrysomela vulgatissima.</i>
- - -	<i>minor.</i>	<i>Lampyris latiflava.</i>
- - -	<i>minima.</i>	

Detegatur Species *Necydalis* adhuc minor, tunc
Necydalis antea minima vocata maior euadit.

§. 38.

Nomina triuialia in eadem specie multiplicata sem-
per confusionem praebent, ideoque omni
modo evitanda.

Nullum ideo nomen triuiale proponendum abs-
que iusta differentia, vt mox innotescat
species.

Nomina triuialia antecessorum in primis Linnaei
sancte seruauit.

<i>Scarabaeus longipes</i> Scop.	<i>Schaefferi</i> , Linn.
- - - <i>illyricus</i> Scop.	<i>Taurus</i> Linn.
<i>Papilio Dryas</i> Scop.	<i>Phaedra</i> Linn.
- - - <i>Fagi</i> Scop.	<i>Hermione</i> Linn.
- - - <i>Achine</i> Scop.	<i>Dejanira</i> Linn.
- - - <i>Polymeda</i> Scop.	<i>Hiperanthus</i> Linn.
- - - <i>riuularis</i> Scop.	<i>Prorsa</i> Linn.
- - - <i>Amyntas</i> Scop.	<i>Arcana</i> Linn.
- - - <i>Menalcas</i> Scop.	<i>Pamphilus</i> .

§. 39.

Nomina triuialia a loco aut ab anni temporibus
desumpta toleranda, quamuis haud optima.

Locus et tempus infecti sunt maxime accidentalia, quamvis absque loco aut tempore cogitari haud possit. Infecta plerumque plurimis regionibus, plurimisque anni temporibus communia.

Toleranda tamen sunt, quamvis haud imitanda, quum aliquam infecti ideam quamvis accidentalem communicent.

<i>Cicindela germanica.</i>	<i>Scarabaeus vernalis.</i>
- - - <i>maura.</i>	
<i>Chrysomela americana.</i>	<i>Melolontha solstitialis.</i>
<i>Scorpio europaeus.</i>	
- - - <i>americanus.</i>	<i>Dermestes vernalis</i> Myll.
- - - <i>afer.</i>	
- - - <i>australasiae.</i>	
- - - <i>maurus.</i>	

§. 40.

Nomina triuialia a magnitudine desumpta haud optima, ideoque non imitanda.

Magnitudo a loco, a climate, ab alimento nimis variat, ideoque species haud distinguit nec nomen intrare debeat.

Maiores et minores species deteguntur ideoque species, quae olim giganteae aut pygmeae erant, intermediae euadunt, quum magnitudo semper relativa.

<i>Buprestis gigantea.</i>	<i>Chrysomela gigantea.</i>
- - - <i>minuta.</i>	- - - <i>minuta.</i>

§. 41.

Nomina triuialia ad clarissimorum virorum memoria conseruandam introducta sancte servanda.

Hoc

Hoc vnicum et summum laboris praemium caste dispensandum ad imitamentum et ornamentum Entomologiae.

Botanici nomina generica hunc in finem introduxerunt, at in Entomologia genera pauciora raroque noua deteguntur.

Nomina triuialia ideo primus introduxit *Linné*, quum constantia sint. Idemque semper erit. Ambo conservant nomen, ambo indicant virum de scientia bene meritum.

Nomina triuialia Papilionum splendidorum patronorum fautorumque memoriae, Pyralidum vero amatorum, Tinearum denique scriptorum dicauit a *Linné*, quem et nos secuti sumus.

Scopoli hic nomina triuialia Aranearum recepit, at minus placent. Aranearum species luridae, ingratae nec adhuc rite determinatae. Varietates, metamorphoseos et sexus plures adhuc reducendae, at nomen viri de scientia bene meriti in Entomologia deleretur.

Nomina classium et ordinum in eundem finem nuperrime assunxit idem *Scopoli*, at nomina haec inconstantia semper vacillant. Nouus systematicus nouos classes et noua nomina assumit. Nomina generica et triuialia rite determinata eaque sola permanebunt.

§. 42.

Nomina triuialia insectorum, quorum laruae plantis victitant, optime e plantis, quibus victitant laruae, desumuntur.

Dant talia nomina pulchritudinem et nitorem scientiae, ut mox constet, in quibus plantis quaerenda, quomodo educanda sit larva; quibus plantis noceat et hoc e solo nomine.

Quamdiu ideo alimentum laruae ignoramus, imponatur nomen vagum vndiquaque libere desumptum, quum succedaneum tantum sit.

Chrysomela Vitellinae.

- - Populi.
- - Graminis.

Curculio Palmarum.

- - Salicis.
- - Populi.
- - Betulae.

§. 43.

Nomina triuialia insectorum, quorum laruae plantis haud vicitant, habitum aut differentiam specificam exprimere deberent.

Difficile et interdum impossibile erit vnico vocabulo characterem speciei exprimere, ubi vero nomen tale inuenitur, praestantissimum semper erit.

Sphex cribaria.

- - clypeata.

Scarabaeus nasicornis.

- - - nuchicornis.

Ptinus flabellicornis.

Scarabaeus mobilicornis.

Musca pellucida.

§. 44.

Nomina triuialia a coloribus desumpta nullo modo excludere valemus.

Colores difficillime quidem rite verbis exprimuntur, in eadem specie nimis ludunt, quo ipso nomina a coloribus desumpta lubrica et incerta euadunt.

Chrysomela 10 punctata saepe punctis tantum sex aut octo vidimus.

Attamen quum differentias specificas a coloribus coacti desumimus, et nomina triuialia differentias exprimentia iisdem coloribus desumere necesse erit.

§. 45.

Nomina triuialia nunquam absque summa vrgente necessitate mutanda sunt.

Omnis mutatio nominum ansam confusionis praebet, sunt ideo omni modo conseruanda.

Nomen vagum pro nomine vago, vti pleraque sunt, substituere superuacaneum foret. Mutentur ideo nunquam, nisi cibus aut habitus aut character essentialis exprimi possint.

§. 46.

Nomina triuialia propria aut substantiua litteris maioribus initialibus, adiectiua vero minoribus pingere soleo.

Affumamus modum aliquem ad aequalitatem nominum obtinendam.

Scarabaeus Hercules.
- " " Nicanor.

Scarabaeus stercorarius.
- " " vernalis.



VIII. DIFFERENTIAE.

§. 1.

Differentia specifica legitima distinguit insectum ab omnibus congeneribus.

Differentiae ideo omnes, quae insectum a congeneribus haud distinguunt, falsae sunt.

Scarabaeus totus niger, capite inermi Geoff.

Differentiae itidem, quae insectum ab aliis quam congeneribus distinguunt, falsae sunt, quum superflua contineant.

Quo plures Entomologus nouerit infectorum species, eo ceteris paribus etiam praestantior erit, quum omnis vera cognitio humana cognitione specierum nitatur.

§. 2.

Differentia continet characterem speciei essentialem, Descriptio vero naturalem.

Differentia ideo descriptione vndique brevior, quum descriptio differentiam semper contineat.

Tota speciei cognitio nititur differentia, ideoque in hac condenda summa adhibenda diligentia, ne varietates in specierum numerum introducamus, aut species varietatum loco assumamus.

§. 3.

Differentia omnis a partibus insectorum haud ludentibus desumenda.

Varietates distinctas esse species, nemo sanus facile dixerit.

Apum femina, mares, neutra.

Formicae alatae, apterae.

Lucanus Ceruus mas, femina et sic in innumeris.

Erroneae ideo omnes sunt differentiae specificae, quae varietates loco speciei tradunt.

§. 4.

Differentiae a magnitudine desumptae nullo modo tolerandae.

Magnitudo mutatur in animalibus ut in plantis loco, climate, alimento, ideoque species nunquam rite determinat.

Nicrophorus vulgaris in America boreali nostro triplo maior.

Apis femina et mares neutris maiores.

Mensuratio ideo insectorum accuratissima in novissimis temporibus introducta minus placet, quum semper incerta speciem nunquam distinguat. Proportio partium inter se constantior maiorem praebet utilitatem.

In differentia ideo nunquam assumenda est magnitudo, quum notam constitutam ludicram, saepius variantem.

Lucanus fuscus maximus. Drury.

Coccinella Populi nostratum gigas. Scop.

Scarabaeus magnus.

- - - maximus.

- - - maiusculus.

- - - exiguus,

Scarabaeus

Scarabaeus paruuſ.

— — — *minimus.* Lister.

§. 5.

Notae collatitiae cum aliis speciebus diuersi generis in differentia euitandae.

Differentia insectum tantum a congeneribus distinguit, character vero ab insectis reliquorum generum.

Tyronibus inferuire studemus, ideoque nullam infectorum notitiam praefupponere valemus.

Differentiae ideo omnes malae, quae notitiam aliorum infectorum supponunt.

Carabus metallicus thorace lateribus connuentibus vti in Scarabaeis. Scop.

Tenebrio molitor *Carabi minoris* statura et habitu. Scop.

Dytiscus minimus statura Chrysomelae nemorum. Scop.

Conops calcitrans *Muscae domesticae* similis vt ouum ouo. Scop.

§. 6.

Notae collatitiae cum aliis speciebus eiusdem generis malae sunt.

Noscatur insectum e differentia et differentia ex infecto, vtrumque vero ex propriis notis in illa scriptis, in hoc delineatis. Tertium nullo modo admittendum.

Magistri est condere differentiam, tyronis ex ea noscere insectum.

Reliquae species eiusdem generis non semper adfunt, vt comparentur.

Erroneae ideo omnes sunt differentiae notas collatitias continentes.

Dermestes murinus, statura prioris. Scopoli.

Carabus junceus, statura vulgaris at thorax pone angustatus eodem modo constructus, vt in granulato. Scop.

Buprestis picta, guttatae subaequalis sed latior. Pall.

Scarabaeus cyathiger, elytra paullo saturatiora, quam in folistiali. Scop.

§. 7.

Inuentoris aut aliis cuiuscunque nomen in differentia nunquam adhibeatur.

Nomen inuentoris haud ad notas sed ad historiam infecti pertinet, differentiam ideo haud intrabit, at ad finem descriptionis aut synonymorum collocabitur, ne historia deficiat.

Differentias ideo omnes erroneas statuimus, quae nomen aut inuentoris aut descriptoris continent.

Afellus aquaticus Gesneri. Raj.

Pulex marinus Bellonii, Mouffeti et Gesneri. Raj.

Pediculus marinus Bellonii et Gesneri. Raj.

Blatta prima seu *mollis* Mouffeti. Raj.

Locusta Pulex Swammerdamii. Raj.

Musca cimiciformis Dom. Willugbeji. Raj.

§. 8.

Locus natalis species nunquam distinguit.

Locus quidem infecto proximus, attamen varians, quum a loco in locum moueatur.

Insecta etiam in musaeis noscere iuuat.

Variae regiones saepe eadem alunt insecta, vti America et Europa septentrionalis.

Addatur vero locus, si constat, in fine synonymorum, vt innoteſcat, vnde desumendum sit insectum.

Falsae ergo omnes sunt differentiae a regione, ab alimento, a solo, aut a frequentia defumtae.

a solo.

Araneus in ericetis seu rupibus degens. Raj.

Gryllus *Gryllotalpa* cuniculos sub terra culta fodit, globosum nodum ibi struit. Scop.

Musca ambulat super aquas stagnantes. Scop.

ab alimento.

Scarabaeus in stercore bouino degens. Raj.

Dermestes habitatio in Cadaveribus. Scop.

Dermestes gregarius in fungis habitans. Scop.

Scarabaeus alter arboreus. List.

a regione.

Crabroni congener in Italia capta. Raj.

Papilio *alis* amplissimis maior virginiana. Raj.

Papilio sulphureus Iamaicensis. Raj.

a frequentia.

Musca rarissima in Italia capta. Raj.

Locusta *Anglica* vulgatissima. Raj.

Scarabaeus vulgaris maior. Raj.

Papilio *vrticaria* vulgatissima. Raj.

§. 9.

Differentiae a larua et pupa defumtae in Entomologia reiiciendae.

Differentias reales saepe administrat larua, at raro insectorum metamorphosin rite cognoscimus. Laruae praeterea raro aut nunquam in musaeis occurrunt, ideoque in differentia omittendae.

In descriptione vero descriptio laruae et pupae optime additur, vt insectum in omni metamorphoseos statu cognoscatur.

Falsas ideo omnes vocamus differentias a larua aut pupa defumtas.

Musca Fungorum, larua in Agaricis et Boletis habitans. Scop.

Musca

Musca putris, larua saltatrix in caseo butyraceo molli et
humidiori degens. Scop.
Musca Brasicariae Erucae. Raj.

§. IO.

Tempus insectorum differentias praebet semper
erroneas.

Tempus est infecti accidentale. Existit tempus
haud in infecto, sed infectum in tempore.

Variat tempus secundum maiorem aut minorem
caloris gradum in diuersis regionibus et di-
uersis annis diuersum.

Scarabaeus solstitialis, nativitas aestiva circa dies canicu-
lares. Scop.

§. II.

Color in eadem specie mire ludit, hinc in diffe-
rentia, nisi omnes aliae notae desunt, affu-
mendus non erit.

Color leuissimas praebet differentias, visum ob-
lectat at infinite ludit.

Variat color in eodem individuo aetate.

Color ruber in nuper natu pallidus.
- obscurus sensim saturatior siue niger euadit.

Variat color in eadem specie sexu aut casu.

Stenocorus meridianus, femina nigricans, mas testaceus.
Nicrophorus et *vulgaris* et *germanicus* innumeras colo-
ris varietates praebent, nullo modo distin-
guendas.

Accedit, quod nunquam colores adaequate de-
terminare aut verbis exprimere valeamus.
Nimia eorum est varietas et miscela.

Colorum

Colorum systema quidem elaborarunt viri meritiſſimi Scopoli et Poda, at vacillans ſemper erit, quum eorum colores aequē ludentes ac iſorum inſectorum.

Sit e. gr. Color viridis compositus ex coeruleo et flavo; at differens miscela differentium colorum componendorum differentem dabit colorem viridem; nam et praestantia ingredientium et minima variatio in compositione inſignem praebet differentiam.

Colores vero a colore rerum vſitatiſſimarum defumtis adhuc magis fallaces ſunt.

e. gr. Color carneus: cutis iunior fani hominis;
- - - griseus; capilli cani, qui infinite ludunt.

Colores ideo e differentia, quantum licet, expellere consultum duco, vt tandem ſcienza firmo ſtet talo.

Deintis vero coloribus nondum inſecta distinguere valemus. Seri forte nepotes effentiales ſpecierum differentias detegent, et tunc colores omnino excludendi.

§. 12.

Odorem nunquam differentiam distinctam tradere contendimus.

Olfactus maxime obſcurus inter omnes nostros fenus, examinat tenuiſſima corporum effluvia, quae nunquam rite determinare valemus, quum limites haud admittant.

Erroneae ideo ſunt omnes differentiae, quae ab odore defumuntur.

Dermestes Vespillo olet vt *Moschus*, *Acaris* infestatur.
Scop.

Cerambyx moschatus: *Elytra viridia*, odor *Moschi*. *Scop.*
Scarabaeus

Scarabaeus Capricornus dictus maior, viridis, odoratus.
Raj.

Scarabaeus magnus suaveolens. List.

Odor infectorum praeterea saepe tantum temporarius.

§. 13.

Differentiae, quae vnicum tantum sexum comprehendunt, semper malae.

Sexus alter nunquam speciem constituit, ideoque proponat etiam differentia notas omni sexui communes, quum e differentia haud sexum sed speciem cognoscere debeamus.

Falsas ideo esse omnes Scarabaeorum differentias a cornibus desumptas, Ichneumonum ab aculeo contendimus.

Tipula Idriensis, antennae maris peñinatae. Scop.

Afilus pennipes, pedes postici longi: alteri sexui pennati.
Scop.

Chrysomela Friderichsdalensis, elytris sanguineis immaculatis. Müll.

§. 14.

Differentiae infectorum omnes, quae a proprietatis desumuntur, ludicrae.

Insecta absque accidentalibus per se distinguere laboramus, ideoque omnes notas, quae haud a corpore ipso desumuntur, plane reiiciendas esse credimus, quum nunquam characterem infecti essentiale contineant.

Cimex lectularius, rufus, compressus, domesticus, homini molestus.

Tipula phalaenoides, alis deflexis super folia assiduo cursitans.

Musca prostrata, *domesticae simillima*, celerrime auolans
reuolansque in eundem locum, pectori et abdo-
mini insidet pedibus expansis. Scop.

Empis calcitrans, *Muscae domesticae similis*, vt ouum
ouo, ingruente pluua tibias nostras valde pun-
gens. Scop.

§. 15.

Pubescentia differentias haud spernendas inter-
dum offert.

Pubescentia comprehendit spinas et hirsutiem,
quarum priores posteriori constantiores
funt.

Spinas reales praebere differentias e Curculioni-
bus, Hispis, Lamiis aliisque patet, quae
omnes spinis optime dignoscuntur.

Hirsuties interdum differentias exhibet haud ludi-
cras, vti constat e Bupresti fasciculari et hir-
suto et aliis haud paucis.

Ad hirsutiem tamen haud configiendum, nisi
omnes aliae viae praeclusae fint. Abraditur
enim facillime et infecta hirsuta aetate fae-
pius glabra euadunt.

§. 16.

Antennarum notae differentias saepe optimas sup-
peditant.

Antennae ad characteres generum vix usurpandae,
differentias specificas saepe optimas offe-
runt.

Antennarum proportio Cerambyces distinguit.

Antennarum lamellis septenis. Melolontha Fullo.

Antennis subtus aculeatis. Lamia Rubus.

Antennis hirtis. Cerambyx hispidus.

Antennarum quatuor anterioribus articulis eleuatis. Ce-
rambyx Cerdoo.

Anten-

Antennarum articulis quatuor primis barbatis. Cerambyx barbicornis.
 Antennarum fasciculo flabellicorni. Elater flabellicornis.
 Antennis vncinatis, Papilio Proteus.

§. 17.

Caput differentias interdum naturalissimas subministrat.

Curculionum species demto rostro difficillime distinguuntur.

Capite sub maxillis spinoso, scabro Cerambyx spinibarbis.

Capite bicorni. Hispa bicornis.

- - - - Sphinx cornuta.

- - - - Apis bicornis.

Situs oculorum in Araneis diuersus species optime distinguit.

§. 18.

Thorax differentias naturalissimas, optimas exhibet.

Thorax in multis insectis magnus, speciosus differentias praebet diuersissimas, facillimas.

Thoracis differentias supra dedimus.

Thorace in cornu supra caput protenso. Notoxus monoceros.

Thorace spinoso. Hispa aculeata.

§. 19.

Abdomen et Anus haud raro praefertim in anelytris differentias edunt optimas.

Abdominis notae in Eleuteratis vix adhibendae, quum ab elytris tectae vix oculis pateant.

Reliquorum vero classium genera vix ac ne vix quidem demtis abdominis notis distinguuntur.

Euania appendigaster, abdomine thoraci imposito.

Leucospis dorsigera, abdomine canaliculato aculeum recipiente.

Anus rariores praebet notas at saepe constantes.

Chrysis species dentium numero in ano differunt.

Apis quadridentata ano quadridentato.

Mordella aculeata ano aculeato.

§. 20.

Sternum exsertum et Pectines, quibusdam tantum generibus proprii, differentias optimas relinquent.

Scarabaeus Chrysos, sterno porrecto.

Ruprestis sternicornis, sterno cornuto.

Pectines foli Scorpionum generi proprii numero radiorum species distingueunt.

§. 21.

Scutellum in differentia vndique magni faciendum.

Scutellum multas praebet differentias distinctas et faciles.

Scarabaeorum diuisio in scutellatos et exscutellatos optima.

Cimices scutello longitudine corporis.

Stratiomys species scutelli dentibus distingueuntur.

§. 22.

Alae elegantissimas, naturalissimas differentias exhibent.

Natura in nulla parte magis fuit polymorpha, quam et in figura et in colore alarum.

Commen-

Commendant se alae ad differentias, quod speciosissimae sint, quod species facie diuersissimas efficiant, quod facillimas differentias subministrant.

Elytra eleuteratorum.

Alae glossatorum.

Alae antliatorum.

Characteres alarum in praecedentibus dedimus.

§. 23.

Differentiae a cauda petiae saepius naturales, ab aculeo vero desumptae nullo modo valent.

Caudam saepius utroque sexui communem inuenimus et notas praebet distinctas, faciles.

Forsiculae species.

Ephemera cauda bifeta, trifeta, mutica.

Grylloruin vero feminae solae caudatae.

Aculeus vero in differentia haud adhibendus, quum mares plerumque nullum gerant.

Apis femina et neutra aculeata.

- - mares inermes.

§. 24.

Pedibus species haud paucae facile et rite determinantur.

Curculionum amplum genus secundum pedes dividitur.

Chrysomelae saltatoria.

Attelabus Betulae, pedibus saltatoriis.

Scarabaeus Schaefferi, pedibus elongatis.

Iulus et Scolopendra numero pedum.

Observandum tamen semper erit, pedes anteriores saepius sexu differre, posteriores vix unquam.

Marum pedes antici elongati.

Cryptocephalus longimanus.

Marum pedes antici clypeati.

Dytiscus, Vespa cribaria, clypeata.

§. 25.

Instrumenta cibaria saepius differentias bonas, constantes subministrant.

Plurimae sunt partes oris, et interdum differentias praeberent optimas, attamen ad eas haud confugiendum, nisi omnes aliae viae praeclusae sint.

Sunt enim partes oris plerumque minutissimae et saepius haud nisi destructo infecto exsumi possunt. Facilitandae vero, quantum licet, sunt differentiae specificae.

Lucanus mandibulis distinguitur.

Prionus Luzonum mandibulis porrectis bifidis.

Apis linguaria lingua septemfida.

§. 26.

Notae genericae in differentia specifica usurpatae absurdæ sunt.

Notae genericae in omnibus speciebus consentiunt, ideoque nullo modo distinguunt.

Erroneas ideo esse omnes differentias statuimus, quae notas specificas a generibus desumunt.

Silpha pedicularia thorace marginato. Linn.

§. 27.

Differentiae characteri generico contrariae genus haud rite determinatum demonstrant.

Character genericus sit singulis speciebus sub eodem genere militantibus applicabilis: vide supra.

In genere ideo rite determinato character genericus et differentia specifica nunquam contraria esse possunt.

Elater degener thorace edentulo. Scop.

Papilio antennis filiformibus.

§. 28.

Differentia specifica omnis e numero, figura, situ et proportione variarum infecti partium necessario desumatur.

Notae omnes, quae in infecti partibus fundamen-
tum haud agnoscunt, semper fallaces sunt.

Color. §. 11.

Frequentia. §. 8.

Magnitudo. §. 4.

Metamorphosis. §. 9.

Collatio. §. 5. 6.

Tempus. §. 10.

Auctoritas. §. 7.

Sexus. §. 12.

Locus. §. 8.

Proprietates. §. 13.

Alimentum. §. 8.

Fidas vero notas a foliis infecti partibus desumen-
das contendimus.

Pubescentia. §. 15.

Antennae. §. 16.

Caput. §. 17.

Thorax. §. 18.

Abdomen. §. 19.

Sternum. §. 20.

Scutellum. §. 21.

Alae. §. 22.

Cauda. §. 23.

Pedes. §. 24.

Instrumenta cibaria. §. 25.

Modi, quibus differentia harum partium desu-
mitur, iidem quatuor sunt, quum in genere
Numerus, Figura, Situs et Proportio ubi-
que constantes in Infecto, in Musaeo, in
Icone.

§. 29.

Differentia specifica genuina est vel synoptica,
vel essentialis.

Inuestigandae sunt omnes speciei notae possibilis et ex his optimae eligendae, ut tandem species rite determinetur.

Differentia essentialis synopticae semper anteponenda, et vbi illa inuenta haec omnino deferenda erit.

Silpha sinuata elytris lineis tribus eleuatis, spatio interiecto punctato, thorace scabro. Geoff. Synopticæ.

Silpha sinuata elytris apice sinuatis. Essent.

§. 30.

Differentia specifica synoptica insectis congeneribus notas semi dichotomas imponit.

Differentiae essentiales vbi defunt, ad synopsin confugiendum, ideoque synopsis est succedanea differentiae essentialis.

In vastissimis generibus saepius synopsin coacti assumimus.

Circulio longirostris, femoribus quatuor anterioribus dentatis, elytris polline flavescentibus supra apicem gibbosis.

§. 31.

Differentia essentialis notam differentiae singularem suaevae speciei tantummodo propriam exhibet.

Differentia essentialis vnica absoluitur idea vnicoque vocabulo.

Commendat se breuitate, facilitate, certitudine.

Detecta differentia essentiali primo species rite distinguitur et tunc tandem metam propostam affequamur.

Naucoris abdomine serrato.

Nepa corpore linearī.

- Hippobosca alis subulatis.
 Hippobosca alis nullis.
 Acanthia alis nullis.
 Attelabus pedibus saltatoriis.
 Stratiomys scutello sexdentato.
 Hispa capite bicorni.
 Notoxus thorace in cornu protenso.
 Scolopendra pedibus duodecim.

§. 32.

Differentia specifica quo breuior, eo etiam certe-
ris paribus praestantior.

Breuitas differentiae ad pulchritudinem, certitu-
dinem et facilitatem omnino necessaria. Na-
tura ipsa vbiique compendiosissima et natu-
ram sequi vndique iuuabit.

Differentiam nunquam plura quam duodecim vo-
cabula admittere statuit Linné in re herbaria.

Sufficient etiam in Entomologia, quin raro duo-
decim opus habeamus.

Stupendae itaque sunt differentiae illae fesquipe-
dales, quae descriptiones differentiarum lo-
co fistunt.

Phalaena libatrix. Scop.

Alae anticae ceruinae; basi maculis quatuor ochraceis:
 media longa prismatica, fasciis binis linearibus
 pallidioribus: postica dupli, punctis duobus
 albis, margine externo denticulata ita, vt di-
 stantia apicis ad primum dentem eadem sit, quae
 ab eodem dente ad angulum posticum.

Phalaena Cossus. Scop.

Thorax antice linea transuersa atra, postice maculis binis
 lateralibus nigris. Alae posticae murinae, basi
 albidae, obscurioribus anastomosantibus lineis
 reticulatae, anticae basi et medio murinae, ali-
 bi albae, vtrinque lituris strigisque transuersis
 nigris lineolisque murinis ramosisque varie-
 gatae.

Cancer Mantis. Scop.

Thorax oblongo cordatus, laevis: lineis eminentibus quinque. Manus adactylae, falcatae, compressae, dentibus sex longis unilateribus. Abdomen futuris decem: anticis minoribus, omnibus sex lineis eleuatis longitudinaliter angulatis.

§. 33.

Differentia nulla admittit vocabula, nisi quibus a congeneribus necessario distinguitur insectum.

Differentia quo breuior, eo etiam ceteris paribus praestantior §. 32.

Exulent ideo tautologia et flosculi oratorii.

Scarabaeus viridis nitens thorace infra aequali non prominente. Geoff. Tautologia.

Sphex segmentis fulvo colore tinctis, pro fuluis. Scop.

§. 34.

Differentia nulla speciei in suo genere solitariae imponi potest.

Differentia distinguit species a congeneribus, vbi ideo congeneres desunt, differentia superflua, quum nil demonstret.

Superuacaneae ideo sunt differentiae insectis in suo genere solitariis impositae.

Rhingia rostrata. Antennae, rostrum, scutellum, abdomen ferruginea. Thorax cinerascens lineis nigris longitudinalibus. Scop.

Pulex irritans. Antennae articulis quatuor, oculi nigri pupilla alba. Scop.

§. 35.

Differentia non erit tropis rhetoricas figurata, multo minus erronea, sed fideliter, quae natura dictitat, exponat.

Tropi semper obscuri, quo vero distinctior differentia eo etiam melior.

Synecdoche totius pro parte frequentissima in Entomologia, vbi de toto praedicatur, quod tantum de parte valet.

Araneus rufus cristatus. Raj. pro mandibulis cristatis.

§. 36.

Differentia terminis positivis vltatur, nunquam vero negantibus.

Negatiua re vera nihil dicunt, quum nunquam notam infecti positivam praebeant.

Negatiua tantum vocabulorum augent numerum fine necessitate et absque vtilitate, quum semper vocabula habeamus positiva, quae ideas oppositas exprimunt.

Scarabaeus quarto paullo maior, elytris flavo spatileis sine maculis Raj. immaculatis siue vnicoloribus.

Scarabaeus viridis nitens, thorace infra aequali non prominente. Geoff.

§. 37.

Similitudo omnis in differentia usurpata notissima fit, licet et haec Entomologo minus digna.

Omnis similitudo claudicat, nunquam certas, firmas ideas communicat, ideoque prorsus potius erit excludenda.

Malae in primis sunt omnes similitudines de rebus, quae variant, nec omnibus notis defumtae.

Papilio Pruni. Scop.

Supra ad angulum ani maculae colore Gummi Ceraforum.

Phalaena chlorosata. Scop.

Albida seu colore eodem fere ut vultus in *Cachexia* *virginea.*

Scarabaeus

Scarabaeus cyathiger. Scop.

Elytra margine nigra, si vnta fuerint, maculam communem gerunt cyatho similem atram.

Phalaena inflammata. Scop.

Alac anticae hepaticae.

Aranea nigricans clunibus ad similitudinem querni folii pictis. Raj.

§. 38.

Omne adiectiuum in differentia sequi debet substantium suum.

Ordo idearum naturalissimus est, quod primo partem, de qua loquitur, nominemus, et tunc quod de hac parte dicitur.

Scarabaeus maior, corpore longo augusto niger; cum tribus in vtrauis ala lineis transuersis lutescentibus. Raj.

Rectius *Scarabaeus maior niger*, ala vtraque lineis tribus transuersis lutescentibus, corpore longo angusto.

§. 39.

Adiectiuia in differentia usurpata e terminis artis selectis, si modo sufficient, petenda sunt.

Terminis artis constantibus rite determinatis facillima euadit scientia.

Synonyma terminorum excludenda et vnicus optimus retinendus.

<i>Silpha atrata</i> elytris punctatis,	Linn.	puncta.
- - - - - elytris rugulosis.	Scop.	ta.

<i>Silpha fabulosa</i> thorace emarginato,	Linn.	emargi-
- - - - - thorace excavato.	Scop.	nata.

<i>Linea transuersalis</i> lata dicitur - - - - -	Fascia.
---	---------

<i>Linea transuersalis</i> angusta - - - - -	Striga.
--	---------

<i>Linea longitudinalis</i> a basi ad apicem - - - - -	Stria.
--	--------

<i>Linea longitudinalis</i> abbreviata - - - - -	Lineola.
--	----------

Promiscue

Promiscue antea Entomologi adhibuerunt terminos hos quatuor.

Periphrasim ideo nunquam admittat Entomologus, quamdiu termini rite determinati in promptu sunt.

Sphex segmentis fuluo colore tintatis. Scop. pro fuluis.

§. 40.

Particulas adiectiua et substantiua coniungentes differentia omnino excludit.

Casu ablatiuo absque vlla praepositione notae omnes in differentia proponuntur, ne vocabulorum numerus absque necessitate augeatur.

Vbi vero duo diuersa in eodem infecto indicanda sunt, notam *que* vel *ve* in fine sequentis vocabuli adhibere solemus.

Leptura melanura nigra elytris rubescentibus liuidisue,
futura apice que nigris.

Hister apterus. Scop.

Fuluus est et alis destitutus.

Dermestes Cardarius. Scop.

Elytris basi fusco cinereis aut rufis.

§. 41.

Notae distinctiuae partes infectorum, non vero adiectiua distinguunt.

Notae distinctiuae rite determinentur, rite adhibeantur, vt differentia facilior, distinctior tradatur.

Affumsi particulas distinguentes a Linné usurpatas, nempe (,) ad distinguendas partes infecti

VIII. DIFFERENTIAE.

infecti, (:) adhibeo vbi partis subdivisio est,
et (.) clando differentiam.

Scarabaeus solstitialis muticus testaceus, thorace villoso,
elytris luteo pallidis: lineis tribus parallelis.
Linn.

§. 42.

Parenthesin differentia specifica nunquam admittit.

Arguit Parenthesis aut exceptionem aut defectum ordinis ideoque non admittenda.

Cerambyx eiusdem est coloris aurei et splendidis, sed inter tres ordinis tuberculorum (quae in hoc multo minora sunt) rugulae aut carunculi apparent per dorsi longitudinem.

Papilio alba media, alis omnibus albis cum macula (seu punctum mauis dicere) leuiter nigricante in exterioribus.



IX. ADVMBRATIONS.

§. 1.

Adumbrationes totam infecti historiam continent, vti Nomina, Etymologias, Metamorphoses, Clases, Charakteres, Differentias, Varietates, Synonymia, Descriptiones, Icones, Loca, Tempora, Oeconomias, Vtus.

Per adumbrationes perfectam infecti cognitionem acquirimus, qua scientia amplificatur simulque gratissima, vtilissima euadit.

Adumbrationibus ideo rite institutis infectum plane notum est, alias non.

§. 2.

Charakteri generico et differentiae specificae nomen etiam varians, si quod addi potest.

Varietates vocamus infecta eiusdem speciei mutata a caufsa quadam naturali aut accidentalí.

Nomine generico et specifico rite impositis perfecte quidem nominatum est infectum, at varietates tamen cognoscere iuuat, ne in specierum numerum introducantur.

Inferendae ideo sunt varietates euidentiores ad finem differentiae, ne confundant.

§. 3.

Sexus varietates naturales constituit, reliquae omnes sunt accidentales.

Sexu

Sexu saepius variant infecta, nec differens sexus speciem constituit.

Femina plerumque maior, crassior, saepius caudata aut aculeata antennisque simplicioribus, minoribus.

Mas plerumque minor, antennis crassioribus saepe pectinatis, interdum caudatus, nunquam aculeatus. *Neutra* minora, aculeata rarius occuruntur.

Cauendum, ne sexus varietatibus nouas et erroneas species singamus.

Platycerus fuscus, cornubus apice bifurcatis. Geoff. mas.
Platycerus fuscus, capite laeui. Geoff. femina.

§. 4.

Varietates accidentales sunt variae, vti infecta mutilata, aegrota, grauida, redintegrata, quibus accedunt frequentissimae coloris.

Varietates laeuissimas haud curat Entomologus. Curandum tantum, vt differentia omnes comprehendat.

Infecta mutilata interdum obueniunt, in primis inter glossata; monstra vero semper sunt. Oriuntur plerumque loco nimis angusto, vt alas expandere haud valeant.

Infecta aegrota vix distingui merentur.

Dermestes Acaris infestatur. Scop.

Sub tempore grauiditatis figuram saepe differentem assumere solent feminae. Abdomen tunc intumescit.

Termes fatale.

Chrysomela Polygoni.

Infecta redintegrata vocamus, quibus partes amissae recrescunt, quo figura et in primis magnitudo harum partium saepius differt.

Cancros,

Cancros, Astacos saepius videmus, qui alteram chelam gerunt multo minorem nuper iterum renatam.

Varietates coloris frequentissimae sunt a loco, a climate, ab aetate aliisque caussis accidentibus. Difficillime tamen ad species suas reducuntur, quamdiu a coloribus differentias specificas defumere coacti sumus.

Commendo ideo Entomologis acutissimis in primis vastissima illa genera: Curculio, Ichneumon, Apis, Sphe^x, Aranea, Bombyx, Phalaena, Tinea aliaque, inter quorum species varietates, ut credo, multae irrepfere. Has examinare, reducere non minoris est, quam species sub suo genere collocare. Exposcit ingenium et summam experientiam.

§. 5.

Synonyma sunt diuersa Entomologorum nominā eidem insectō imposita.

Synonymiae absolutae opus maxime necessarium esset Entomologis.

Vnico enim auctoris nomine detecto innotescerent mox omnium.

Omnia, quae de insecto innotuere, euolui possent.

Plura tandem nomina non amplius reūderent ideam plurium insectorum.

Est vero synonymia perfecta opus infiniti laboris. Requirit enim cognitionem specierum amplissimam et comparationem descriptiōnum auctorum accuratissimam, ne nomina adhuc magis confundantur.

§. 6.

Synonyma secundum tempora aut secundum systemata coniungantur.

Synonymon optimum aut auctoris proprium aut alius selectum agmen ducat.

Secundum tempus proponuntur synonyma, vel descendendo ab antiquissimis ad noua, vel ascendendo a nouis ad prisca.

Synonymiae ordinem systematicum recepi synonymia selectiori contentus. Incepi a nominibus systematicorum praestantissimorum Linné, Geoffroy, desinens in synonyma ichniographorum.

§. 7.

Synonyma singula nouam ordiantur lineam, ut eo facilius dignoscantur.

Plurimi in primis veteres Entomologi omnia synonyma per seriem continuatam recitare solent, quo facilius commisceantur.

Alii et nomen genericum sequens, si idem est cum praecedente, excludere solent. Minus tamen talis abbreviatio placet, quum synonymiam indistinctiorem reddat.

§. 8.

In synonymis auctor et pagina ubique ad finem indicanda sunt.

Auctoris nomen solum haud sufficit, quum idem auctor plura saepius scripta euulgauerit. Inclaruere etiam saepius duo aut plures eiusdem nominis auctores, aut possunt in posterum prodire inclarecentes, quo citatio obscura, fallax et incerta euadit.

Opus solum pro citatione haud sufficit, quum plura iam prodiere, aut prodibunt in posterum

rum sub eodem nomine, quae semper an-
fam confusionis praebarent.

Compendiosissima, distinctissima ideo citatio, si
vnico vocabulo nominetur opus et altero
auctor, ne euadat diffusior attamen euidens.

§. 9.

Synonymia absoluta infecti primum inuentorem
asterisco notare placeret.

Prodebet hoc in Chronologia infectorum, ne
quaeratur apud veteres a recentioribus de-
tectum insectum.

Difficillime vero eruitur inuentor in plurimis spe-
ciebus, antequam noua et aboluta syno-
nymia prodeat.

§. 10.

Descriptio continet infecti differentiam natura-
lem, quae describat omnes eiusdem partes
externas et visibiles.

Descriptio continebit omnes infecti notas etiam
minimas oculo armato tantum perspicuas.

Citonie nobilis aurata, abdomine albo-punctato, ely-
tris rugosis. Syst. Ent. 43. 5.

Caput ouatum, punctatum oculis prominulis.

Antennae capite breuiores septemarticulatae: arti-
culo primo porrecto, crassiori, ultimo trila-
mellato, lamellis ouatis, aequalibus.

Os maxillis palpisque quatuor.

Clypeus cylindricus margine incrassatus apiceque
emarginatus.

Palpi subaequales.

anteriores filiformes, triarticulati: articulo vlti-
mo longiori, cylindrico, maxillae dorso in-
serti.

postiores triarticulati, subclavati, labii basi in-
teriori adhaerentes.

Mandibula porrecta, recta, cornea, acuta, inermis.

Maxilla ad insertionem palpi intus dilatata, vnidentata, apice setosa.

Labium elongatum, cylindricum, coriaceum, apice emarginatum, palpos posteriores tegens.

Thorax punctatus, canaliculatus, submarginatus, postice rotundatus.

Scutellum rotundatum, punctatum, obtusum.

Abdomen elytris longius, prominens segmentis sex punctatis, aequalibus.

Alae quatuor.

superiores crustaceae, rugosae, basi apiceque gibbo-fae, abdome multo breuiores.

inferiores elytris duplo longiores, plicatae, testae, venis duabus eleuatis longitudinalibus, divergentibus.

Pedes sex femoribus compressis, pilosis, tarsisque quinquearticulatis vngue dupli.

anteriores paullo breuiores: tibiis apice tridentatis. postici quatuor longiores: tibiis apice bispinosis.

Color aeneus, abdome punctis aliquot albis, alacuseae.

Magnitudo fabae maioris.

Metamorphosis incompleta.

Larua hexapoda, annulata, pilosa, albida, capite paruo, corneo, rufo, abdome apice vesiculoso.

Pupa quiescens intra glebam, abdome apice obtuso.

§. II.

Descriptio compendiosissime, tamen perfecte, terminis tantum artis puris, si sufficienes sunt, partes depingat infecti omnes secundum numerum, figuram, situm et proportionem.

Descriptio continet differentiam speciei naturalem, qui eodem modo conficiendus, ac character naturalis generis: admittit tantum illa notas plures accidentales omnesque possibles, quum

quum de vnico tantum animalculo agit. Generis vero character naturalis plures comprehendens species, semper aliquot notas excludit.

Partes insecti omnes primo secundum numerum, figuram, proportionem et situm describendae. Color tandem etiam, quamvis accidentalis accurate notandus, quum differentias adhuc plurimas a colore desumantur.

§. 12.

Descriptio ordinem a partibus primariis ad reliquas sequatur.

Praefstat ordinem certum sequi a capite ad thoracem cum scutello, abdomen, caudam, alas, halteres, pectines, pedes.

Male ideo primum pedes, dein caput, tum cauda demum, abdomen, tandem thorax et instrumenta cibaria promiscue et confuse proponerentur.

Ordo est anima systematis et omnis scientiae, ideoque et in descriptione conseruandus.

§. 13.

Descriptio distinctas insectorum partes in distinctis paragraphis tradat.

Ordo, perspicuitas et breuitas sunt praecipuae virtutes descriptionis bonae.

Perspicuitas optime conseruatur, quum insecti partes distinctis paragraphis litterisque distinctis proponuntur. Tunc partes mox reperiuntur et omissa et errata percipiuntur.

Exempla descriptionis bene ordinatae sistit Linné Musaeum Reginae, quae partes omnes distincte et secundum ordinem tradit.

§. 14.

Descriptio iusto longior aut breuior vtraque mala et semper euitanda.

Iusto breuior euadit descriptio, si notae insecti distinguentes et partes essentiales, vti instrumenta cibaria, scutellum, halteres, pedes aliaque omnino excludantur.

Iusto longior euadit descriptio, quum colores nimis diffuse, mensura accuratissima et strutura naturalissima multis verbis propnuntur.

Taediosius nihil cogitari potest, quam descriptio amplissima, nullis paragraphis distincta et nullas differentias reales subministrans.

Lucanus caraboides. Scop.

Totus punctatus carabiformis, capite, thorace, elytris que obiter lineatis, atro-coeruleis, abdomine supra ferrugineo, corpore subtus atro.

Desiderantur in hac descriptione antennarum articuli, figura, thoracis figura rotundata marginata, os, pedes, alae scutellum omnino omissa.

Phalaena pauonia. Scop.

Long. vnc. 2, et lin. 3, lat. vnc. 1, et lin. 8.

Alae anticae supra caryophyllinae albis atomis tanquam pollini adspersae; basi fascia obscuriore, marginem crassiorem non attingente; stria dentata ab apice vsque ad medium marginis inferioris fulminis ad instar decurrens, ceruini coloris. Ad apicem, qui albo limbo caret, macula nigra insidens margini externo.

+ - subtus minus obscurae, albis pilis antice atomisque similiter coloratis canescentes; fascia fulminante vt supra.

- posticæ supra ad basin limbo concolores, fasciis duabus caryophyllinis; fascia alia postica vndata, ceruina, quam inter et limbum alae pagina caryophyllina est.

Alae subtus albidis pilis atomisque canae; fascia ad basin caryophyllina, marginem superiorem non attingente, fascia repanda postica ut supra, idemque color inter hanc et limbum, ut in pagina superiori, ibidem.

Mas antennis ferrugineis, bipectinatis, articulis (36).

Descriptio sane nimis ampla, nil nisi colores alarum diffuse describens. Desiderantur figura, vestitus corporis, lingua, quin ipsa alarum figura.

Incudit celeberrimus Scopoli, qui alias inter descriptores accuratissimos eminet, in huius seculi nimiam verboositatem, quae scientiam diffusorem, at haud distinctiorem tradit.

§. 15.

Mensura proportionalis inter infecti partes convenientissima est.

Mensuram insectorum secundum scalam geometricam et quidem accuratissimam aslumserunt Scopoli, Geoffroy aliique, quasi descriptionis essentia confisteret in mensura geometrica.

Variatio insectorum secundum magnitudinem vnicuique in Entomologicis versato notissima omnino est. Admitto ideo vix aliam mensuram nisi proportionalem seu comparatiuam inter partes eiusdem infecti diuersas. Praestat proportionalis haec mensura, quum semper constans. Antennae e. gr. semper in eadem specie aut capite longiores aut breviores, quamvis magnitudo corporis variat.

Si vero magnitudo totius infecti addenda, comparetur cum alio quodam notissimo, aut aliae re sed notissima, vti magnitudine Pediculi, Pulicis, Cimicis, Fabae, Pisi, Digi.

§. 16.

Descriptio comparationem infecti cum alio quo-
cunque nunquam admittit.

Eadem est regula descriptionis quam differentiae.
Ambae proprias infecti notas porrigunt, illa
naturales; haec essentiales.

Commendant se breuitate, perspicuitate, con-
stantia; omne vero simile claudicat, omne
simile tyronibus obscurum ideoque semper
euitandum.

Adnotetur tamen habitus aut talis similitudo, aut
in initio, aut ad finem descriptionis, ut spe-
cies eo melius distinguantur: ad descriptio-
nem vero ipsam haud pertinet.

§. 17.

Icones se commendant situ et figura naturalissi-
ma, accuratissima omnium insectorum par-
tium.

Situs naturalissimus in iconibus semper conser-
vandus praesertim in Glossatis, quum plu-
res notas a situ alarum defumantur.

Alae patentes, reuersae deflexae, incum-
bentes.

Veterum icones insectorum rudes sicut animal-
cula, quae nullo modo extricari possunt, situ
peruerso et figura saepius mutata, e. gr.
Mouffeti, Aldrouandi, Ionstoni.

Figurae ligneae olim visitatae vix tam accurate,
quam requiritur, icones sistere valent, at
multo minoris sunt pretii.

Figurae fundamentales, vni vocantur, in Eleute-
ratis aliisque haud contemnendae, in Glos-
fatis

satis vero et Synestatis, quae vix ac ne vix quidem demtis coloribus distinguuntur, haud adhibendae; in primis impossibile erit, minores illas Tineas aut rusticas Noctuas absque coloribus determinare.

In nouissimis temporibus dederunt Entomologi icones summa arte sculptas, coloribus pulcherrimis fucatas, vt nil in arte praefantius, at in luxuriam artis multiplicantur pretiosissimae. Eminent in primis Roeffel, Drury, Sepp, Cramer, Voet, Clerk aliique.

§. 18.

Icones praestantes omnes infecti partes licet minimas etiam oris exhibeant.

De minimis agitur animalculis, ideoque partes minimae etiam depingenda, praesertim oris, in quibus optimi characteres generici et multae differentiae specificae latent.

Oculi nudi vbi non sufficiunt cum armato delineandae sunt partes, vt figura digna euadat.

Paucissimas habemus icones, quae omnes exhibent partes vti Roeffel Musca carnaria, Schaefferi Monoculus.

§. 19.

Icones depingant etiam laruam pupamque, si nota est metamorphosis.

Larua, pupa et imago idem sunt animalculum, statura et forma tantum differens.

Dignoscantur infecta in triplici hoc statu, vt cognitio et historia eorum tandem sit absoluta.

Larua pupaque raro in museis occurrunt, raro seruari possunt eo magis ideo iconibus de-pingendae, cognoscendae.

Iconographi ideo praestantissimi etiam in Europaeis meta-morphosii vti Roeffel, Merian, Sepp aliique.

§. 20.

Loca natalia comprehendunt insectorum clima, regionem et habitationem.

Loca natalia vsui sunt Entomologis, vt constet, vnde insectorum species defumendae pro museis, medicina, oeconomia.

Regio tradit regna, prouincias, pagos et loca etiam specialissima, ne infecta dissitarum regionum in vna eademque inquirantur.

Faunae speciales vnius cuiusque regionis hunc in finem praestant.

Clima indicat caloris aut frigoris gradum, intra quem viuunt infecta. Diuidimus Clima in octo partes, e quibus insectorum stationes diuidicantur.

1. *indicum*, continet regiones inter tropicos in Asia, Africa et America, vbi nulla hyems infestat, nisi sit pluua interdum dimidii anni, aqua haud congelatur et oris halitus non videtur. Summus caloris gradus 34 et frigoris 28 supra punctum congelationis.

2. *aegyptiacum*, praecedenti proximum et vix satis distinctum. Per dimidium annum durat calor intensus, vt oua Struthionis in Arena excluantur, per alterum dimidium anni pluiae aut dilutium Nili.

3. *australe*, ab Aethiopia ad Cap. Bon. Sp. extenditur. Aer est temperatus inter 12 — 18 supra punctum congelationis. Huc etiam numeratur Ameri-caustralis pars, Brasilia, Peruua, quae eodem caloris gradu fruuntur.

4. *mediterraneum*, continet regiones mari mediterraneo adiacentes uti Gallia Narbonensis, Italia, Lusitania, Hispania, Armenia, Media. Incipit circa Lutetias Parisiorum et extenditur ad Tropicum Cancri.
5. *boreale*, continet Europam borealem inter Lapponiam et Lutetias Parisorum.
6. *orientale*, comprehendit Asiam borealem, Sibiriam, Tartariam et Syriae partem, vbi frigus per hyemem intensissimus.
7. *occidentale*, Americani borealem comprehendit, Canadam, Carolinam, Virginiam, Pensylvaniam, Marylandam. Huc etiam numerantur Iaponia, China.
8. *alpinum*, omnes continet Alpes, quae secundam aeris regionem attingunt et niue perenni obducuntur. Hyems illis est longissima, aestas rarissima et aer rarius.

Habitatio insectorum differt in primis pro cibi differentia, quo et laruae et ipsa infecta vitam sustentant.

Mare aqua salsa, sulphurea repletum alit quaedam.

Cancer,	Pagurus,	Scyllarus.
Astacus,	Oniscus,	Monoculus.

Lacus aquam puram continentis aliis gaudent infectis.

Dytiscus,	Hydrophilus,	Gyrinus.
Elophorus,	Naucoris,	Sigara.
Nepa,	Notonecta,	Cimex.

Praeterea laruae plurimae in illis habitant

Culicis,	Phryganeae,	Ephemerae.
Libellulae,	Agrion,	Aeshnae.
Buprestis,	Stratiomys,	Syrphi.

Paludes humo lutofa laxa et aqua stagnante reservatae, aestate interdum siccescunt.

Gammarus,	Monoculus,
-----------	------------

In finetis ex animalium stercore congestis degunt alia, vti

Scarabaeus,	Hister,	Sphaeridium.
Laruæ Staphylini,	Muscae.	

Cadaueribus putrescentibus sustentantur alia.

Dermetes,	Silpha,	Melyris.
Nicrophorus.	Nitidula,	Staphylinus.
Larua Muscae.		

Quisquiliis delectantur haud pauca.

Tenebrio,	Opatrium,	Scarites.
Trox,	Pimelia,	Blaps.
Byrrhus,	Helops,	Erodius.
Apalus,	Forficula.	
Podura,	Iulus,	Scolopendra.

In plantis inueniuntur plurima, et quidem infestant radices:

Truxalis,	Coccus.	
Laruæ Hepialus,	Melolonthæ,	Tipulae.
- Muscae.		

Lignum deuorant.

Apate,	Bostrichus,	Lymexylon.
Cerambyx,	Prionus,	Stenocorus.
Ptinus,	Anobium,	Notoxus.
Spondylis,	Saperda,	Lamia.
Callidium,	Rhagium,	

Praeterea laruae.

Lucani,	Carabi,	Siricis,	Bombycis.
---------	---------	----------	-----------

In foliis habitant plurima.

Cetonia,	Melolontha;	Trichius.
Lucanus,	Cassida,	Crioceris.
Chrysomela,	Cryptoccephalus,	Curculio.
Attelabus,	Cistela,	Lagria.
Zygia,	Zonitis,	Lampyris.
Alurnus,	Erötylus,	Meloe.
Lyta,	Cerocoma,	Mylabris.
Mordella,	Buprestis,	Truxalis.
Locusta,	Gryllus,	Acrydium.

Cicada,

Cicada,	Membracis,	Cercopis.
Tettigonia,	Aphis,	Chermes.
Coccus,	Acheta,	
Larua Glosſatorum,	Tenthredinis,	Cynipedis.

Flores amant multa nectar pollenque eorum haurientia.

Anthrenus,	Nitidula,	Thrips.
Glosſata,	Musca,	Syrphus.
Spheſ,	Vespa,	Apis.
Crabro,	Andreña,	Bombex.
Nomada,	Boimbylius,	

Semina deuastant varia.

Curculio,	Dermestes,	Bruchus.
Larua Tineae.		

Boletos edunt.

Tritoma,	Chrysomela,	Staphylinus.
Oxyporus,	Paedorus.	
Larua Muscae.		

Ex animalibus reliquisque insectis nutriuntur alia.

Coccinella,	Cicindela,	Cantharis.
Carabus,	Clerus,	Malachius.
Elaphrus,	Dytiscus,	Hydrophilus.
Mantis,	Cimex,	Acanthia.
Nepa,	Notonecta,	Sigara.
Naucoris,	Libellula,	Aeshna.
Agriōn,	Pulex,	Hemerobius.
Panorpa,	Raphidia,	Formica.
Mutilla,	Cancer,	Pagurus.
Scyllarus,	Astacus,	Gammarus.
Tabanus,	Conops,	Culex.
Rhingia,	Aſilus,	Hippobofca.
Stomoxyx,	Empis,	Acarus.
Pediculus,	Phalangium,	Scorpio.
Aranea.		
Laruae Oeftri,	Ichneumonis,	Sphegis.
- - - Crabronis,	Myrmelionis.	

Rebus culinariis delectantur.

Termes,	Formica,	Blatta.
		Truxalis.

Truxalis,	Dermestes,	Ptinus.
Laruae Phalaenae,	Muscae,	

§. 21.

Tempus comprehendit exclusionem, infantiam, adolescentiam, aetatem.

Tempore rite obseruato nituntur calendarium et horarium faunae nondum elaborata.

Exclusio dicitur tempus, quo oua deposita excluduntur, continet ideo oui durationem in laruae prouentum.

Oua, quae autumno ponuntur, semper per hysmem integra latent, quin laruae, pupae et imagines, qui nondum speciem propagrunt, hybernare solent, et primo vere iterum proueniunt.

Hic de tempore aestiuo loquimur et de huius exclusione.

Hora 1—2. Musca carnaria.

Dieb. 8. Papilio Atalanta, Cardui, Pyralis viridana, Dytiscus semistriatus.

Dieb. 12—14. Sphinx Tiliae, Euphorbiae, Bombyx Quercus, pauonia, Nepa, Crioceris merdigera.

Dieb. 14—20. Papilio Antiopa, Io, Vrticae, Bombyx Pruni, Phalaena Alniaria.

Hebdom. 3—4. Bombyx Caja, Cetonia aurata.

Hebdom. 4. Papilio Machaon, Podalirius, Sphinx ocelata, Truxalis, Gryllotalpa.

Mens. 6—8. Phalaena grossulariata.

§. 22.

Infantiam vocamus tempus, quo larua exclusa edit, crescit, vsque dum in pupam transfit.

Infantia

Infantia plerisque diuersa et singularis. Observanda ab Oeconomis ob culturam, ob extirpationem.

Tempestate serena, calida, breviori gaudent infantia, quam frigida et humida.

Dieb. 8.	Papilio Cardui.
Dieb. 9.	Musca carnaria.
Dieb. 12 — 14.	Papilio Atalanta, Paphia.
Dieb. 30.	Bombyx Mori.
Mens. 6.	Bombyx Pruni, Quercus, purpurata, pyramidia, Salicis.
Ann. 4.	Cetonia aurata.
Ann. 5.	Melolontha vulgaris.

§. 23.

Adolescentia dicitur tempus a mutatione laruae in pupam usque ad prouentum imaginis.

Continet tempus pupae, quae saepius contractis antennis, alis pedibusque quiescunt.

Dieb. 9 — 10.	Musca carnaria.
Dieb. 14.	Papilio Vrticae, polychloros, Io, C album, Atalanta, Coccinella.
Hebd. 3.	Cassida viridis, Dytiscus semistriatus, Noctua gamma, Sirex gigas.
Hebd. 4.	Cetonia aurata, variabilis, Melolontha vulgaris, Bombyx dispar, fasciella.
Hebd. 6.	Phalaena alniaria.
Hebd. 8 — 9.	Lucanus Ceruus, Scarabaeus nasicornis.
Mens. 7 — 8.	Bombyx pauonia, pudibunda.
Mens. 9.	Sphinx ocellata, atropos, Tiliae.

§. 24.

Aetas dicitur tempus a mutatione pupae in imaginem usque ad mortem aut interitum totius infecti.

Est tempus ipsius infecti, in quo mouetur, speciem propagat et tandem moritur.

Aetas plerisque annua vix ultra propagationem speciei protrahitur, dum mares plerumque mox post coitum, feminae vero post ouorum depositionem pereant.

Tempus aetatis accurate determinare impossibile, dum nunquam ante speciei propagationem pereunt, et si in autumno non dum hunc creationis finem impleuerint, hybernant et primo vere iterum proueniunt.

Aetas breuissima. Ephemera.

- longissima. Astacus, Cancer, Scyllarus, Monoculus.



X. O E C O N O M I A.

§. 1.

Oeconomia insectorum dicuntur varii illi modi, quos ad sustentationem, conseruationem et multiplicationem adhibent.

Oeconomia insectorum singularis, admiranda, quum species numerosissimae, saepe minutissimae plurimisque hostibus expositae, et tamen semper naturae miraculo proportionem certam, determinatam inter reliqua animalia conseruent.

Oeconomia insectorum examinat varia eorumdem negotia, fines eorum explicat, et tandem ad leges, mysteria et oeconomiam naturae, quantum licet, penetrat.

Oeconomia naturae, homini dignissima, per generationes multiplicatas ascendendo monstrat creatorem, descendendo per conservata naturalia offert naturam.

Sapientis vero est caussas examinare rerum, scientiam augere, naturae mysteria lustrare et tandem e creatis creatorem cognoscere.

§. 2.

Sustentationem vocamus modum, quo infecta sibi alimentum acquirere solent et diuidimus eam in sustentationem laruae et imaginis.

Larua et imago saepius diuersissimo nutriuntur alimento, ideoque etiam sustentatio eorum diuersissima.

Sustentatio pupae haud in considerationem venit, quum pupae pleraeque nullo vtantur nutrimento. Agilis vero pupae sustentatio semper cum sustentatione laruae conuenit, quum nutrimentum earum omnino idem.

Sustentatio continet fundamentum educationis et culturae.

§. 3.

Sustentatio laruarum in primis rapina viuentium saepius singularis.

Laruae phytiphagae ad sustentationem pauciores adhibent variationes. Excluduntur in plantis, quibus vicitant, quas raro deserunt.

Per paria inaequalia lineis semper clausis migrant laruae *Bombycis processionae*.

Per lineas parallelas disponuntur pascentes laruae *Chrysomelae Vitellinae*.

Sub tentorio communi e filis contexto pascuntur laruae *Bombycis neustriae* et *castrensis*.

Nectarē florū a spadonibus collecto nutriuntur Apes laruae.

Laruae rapina viuentes saepius artificia varia adhibere solent.

Laruae obesae *Coccinellarum* et *Muscarum Aphidiuum* inter *Aphides* exclusas illis vicitant.

Curuatura corporis celerrime se mouent maxillisque portectis arcuatīs rapiunt Laruae *Dytisci*, *Hydrophili*.

Pedibus anticis elongatis, raptorīis alia insecta capiunt *Mantis*, *Nepa*.

Rependo forficeque oris late exferendo insidias struunt
Libellulae, Agrion et Aeshnae.

In fouea in arena excavata et arena longe lateque disper-
sa insecta venantur Myrmeleones.

Intra animalium viventium corpora excluduntur, nu-
triuntur Oestri, Acarique varii.

Alia insecta intus deuorant Ichnéumones, Spheges.

§. 4.

Sustentatio imaginis secundum varium victum
etiam varia.

Phytiphaga plantis continuo inhaerent, quibus vicitant.
Curculio, Chrysomela aliaque multa.

Floribus inhiant nectar haurientia Glossata, Muscae,
Bombylii.

Ligna sinibus daedaleis penetrant Bostrichus typogra-
phus, micrographus, calcographus.

Vtensilia fere omnia destruunt relicta sola superficie
Termes.

Mammalia per totum diem sequuntur Tabani, Culices,
Conopes, Hippoboscae.

Mammalibus continuo inhaerent Pulices, Pediculi,
Acari.

Velocitate et volatus et cursus insectis praedantur Ci-
cindelae, Carabi, Libellulae, Empis, Asilus.

Retibus vario modo collocatis venantur Araneae
variae.

Saltu vario insecta in primis Antliata rapiunt Araneae
aliae.

Cadavera e longinquo percipiunt Dermestes, Silphae,
Nicrophori, Staphilini.

Pabulum pro tempore hyberno colligunt Apes, For-
micae, Vespae.

Cibo omnino nullo vtuntur. Ephemeræ, Bombyces,
Oestri.

§. 5.

Conseruationem nominamus varios modos, qui-
bus hostibus se subtrahere solent insecta.

Diuiditur in laruae, pupae et imaginis conseruationem.

In conseruatione insectorum valde prodiga fuit natura. Innumeros fere modos defensionis aut conseruationis inuenimus.

Senibus externis hostes appropinquantes cognoscunt. Gaudent in primis oculis et antennis.

Oculos infectis immobiles compensauit natura aut numero maiori situque vario, aut compositos illis concessit aut pedunculo mobili simplices imposuit, ut omnia et altius et vtrinque circumspicerent.

Antennae articulatae, mobiles, sensoriae, sensu nobis adhuc ignoto.

Quo minora infecta, eo etiam plures illis funthostes et vita periculosior. Compensantur autem fertilitate immensa et numero fere infinito.

§. 6.

Laruae multoties hostes eludunt.

Arma sunt variis varia.

pilosae, quae tactu saepius pruritum excitare solent.

Dermestides, Bombyx Caja, Plantaginis, villica, hera, fascelina, antiqua, processionea.

spinosa Nicrophori, Cassidae, Papilio Vrticae, Populi, Antiopa.

forficatae cauda forficata. Forficula.

tentaculatae. Papilio Machaon, Apollo.

caudatae Sphinges pleraequae, Bombyx Mori.

aliae sub terra se abscondunt. Scarabaeus, Melolontha, Cetonia, Lucanus, Tipula, Truxalis.

aliae sub aqua vrinantur. Dytiscus, Hydrophilus, Libellula, Aeshna, Agrion.

aliae proprio stercore obiectae obambulant. Cassidae.

aliae

- aliae quisquiliis facile deponendas circumferunt. Reduuius personatus.
- aliae cursu festinant, ne laedantur. Blatta, Forficula.
- saltu saepe altissimo se subtrahunt Grylli, Cercopis.
- intra spumam ano euacuatam latent Cicadae spumariae.
- sub angportu e terra confecto migrant Termes fatale, Truxalis.
- sub tentorio communi filis contexto gregatim pascuntur Bombyx neustria, castrensis, Tinea Eynomella, Padella.
- vomitu hostes pellere tentat Bombyx Cossus.
- cauda longa dupli vibrant terrentque Bombyx vinalia, furcula.
- ramulum arboris, cui insident, mentiuntur Phalaenae peccinicornes plurimae.
- motu capitis et corporis Ichneumones fugant Glosfata.
- folia contorquent filoque connectunt, intra quae latent, Pyralides.
- intra cucullum mobilem a se ipso confectum latitant Tinea pellionella, trapezella, mellonella, cucullatella, Phryganeae.
- cochleam animalculo mortuo intrant Pagurus, Diogenes et Bernhardus.
- intra plantarum gallas nutriuntur Cynipedes.
- intra alia insecta secure iacent Ichneumones, Spheges.
- mammalium corpora intrant fonticulum excitantes Oestri.
- foetore hostes pellunt Cimex, Acanthia, Reduuius.
- intra aceruum e quisquiliis accumulatum nutriuntur Formicae.
- intra fauos sexangulares polline florum constructos educantur Apes.

§. 7.

Conseruatio puparum quiescentium saepius singularis.

Pupas agiles, currentes, laruis simillimas hic prae-
tero, quum earum conseruatio cum con-
seruatione laruarum omnino conueniat.

intra glebam e terra confectam intus excauatam, poli-
tam latent Scarabaei, pleraque Eleuterata.

intra folliculum densum e filis constructum degunt
Bombylius, Noctua.

filis hisce pilos corporis immiscent laruae hirsutae
Glossatorum.

filo apicis se suspendunt Papiliones varii.

filis quibusdam circa dorsum ductis se alligant Papi-
liones alii.

motu corporis celeriori hostes in fugam vertere ten-
tant Papiliones alii.

in gyrum celerrime se mouet Bombyx dispar, ne vero
filum, quo suspenditur, rumpat, mox retro
mouetur.

in cutem durissimam mutantur exuiae Muscarum,
quae pupam extus obtegunt.

intra folliculum apice intus elastice aperiendum quiescit
Bombyx pauonia.

§. 8.

Conseruatio imaginum siue infectorum ipsorum
saepe diuersissima,

alis se in aera attollunt et vario modo effugiunt Glos-
sata, Synistata, Antliata.

cursu celeriori fugam tentant Araneae, Blattae.

sub aqua se abscondunt Dytiscus, Hydrophilus, Gy-
rinus.

sub terra degunt fodientes Helops, Scarabaeus, Tru-
xalis.

saltu se subtrahunt Chrysomelae, Curculiones, Cic-
adae, Pulex, Podurae.

spinis armantur Hispa, Curculio, Lamia, Stratiomys.

pilis obducuntur Buprestis, Scarabaeus, Apis, Musca.

mortem simulando hostes eludit Ptinus pertinax,

Byrrhus pilula, Nitidula seminulum, Noctua
exoleta.

crepitū ventris cum fumo terrefacit Carabus cre-
 pitans.
 forfice caudae se defendunt Forsicula, Panorpa.
 abdомine elongato, quamuis innocuo, vibrant Sta-
 phylinus; Thrips.
 manibus chelatis etiam abiiciendis dimicant Cancer,
 Astacus.
 aculeo rigido saepius venenato laedunt Syni-
 stata.
 aculeo caudae arcuato, acuto vulnerat Scor-
 pio.
 maxillis validis arcuatis mordere conantur Cicinde-
 lae, Araneae.
 vomitu foetidissimo hostes pellere tentant Silpha, Ca-
 rabus.
 folia imitantur obambulantes Grylli, Cicadae. Sic
 enim natura naturam ludit,
 foetore hostes in fugam vertunt Cimex, Acanthia,
 Reduuius.
 pedibus anticis acutis, arcuatis vulnerat Mantis,
 Nepa.
 oleum limpidissimum acre per omnia corporis genicu-
 la exserit Meloe.
 intra concharum viuentium testas se abscondunt Can-
 cer minutus, pinnothores.
 intra cochlearum emortuarum testas caudam molliorem
 abscondunt Pagurus Diogenes et Bernhar-
 dus.
 intra folliculum cylindricum, densum, superne oper-
 culatum latet Aranea Brown.

§. 9.

Multiplicationem vocamus omnia, quae ad pro-
 pagandam speciem inferuiunt, vti copula,
 depositio ouorum et in quibusdam educatio
 laruarum et puparum.

Conseruatio speciei per multiplicationem ultimus
 naturae finis videtur.

Multiplicatio necessaria, vt infecta negotiis sufficiant, vt naturae theatrum nitore et adolescentia sempiterna fulgeat.

Infecta ob debilitatem hostiumque numerum praematro fato destruuntur, quod vero natura fertilitate prodiga, immensa compensauit, ne langueat species.

De imagine tantum loquimur, quum laruae et pupae steriles speciem propagare haud valent.

§. 10.

Copula insectorum secundum singularem naturam et situm partium genitalium differt.

Plerisque partes genitales in abdominis apice sitae. mares foemini insiliunt. Eleuterata, Antliata, retro coeunt. Glostata. feminae comprimunt mares. Apis, Pulex, Grylli, Locustae.

In pectore latent genitalia marum. Libellulae, Agrion, Aeshnae. Mas faeminam forcipe caudae circa collum apprehendit et sic obuolitat, vsque dum femina caudam vuluferam ad maris pectus flexit, foecundatur.

Ad basin abdominis penes duos gerunt Cancerorum mares, foeminae vero genitalia ad basin pedum tertii paris.

Palpi articulo vltimo clauato, vesiculoso, aranearum sunt partes genitales masculi, foeminae vero ad basin abdominis latent. Appropinquant coentes circumspetione, ne altera alterum deuoret, voracissimae enim sunt et in propriam speciem saeuunt.

Stridore pedum spinosorum contra alas Grylli alliciunt feminas.

Proprio instrumento sub abdominis basin latente strident Tettigoniae.

Sub ligni fistulam pulsat maremque allicit femina Hemerobii pulsatorii.

Lucem in tenebris spargunt nuptias celebrantes Lampyris et Laternaria.

§. II.

In deponendis ouis summam et maximam curam adhibent feminae, quum contra mares polygami omnino incurri.

Cura insectorum pro ouorum conseruatione naturae legibus iniuncta summa, singularis, admiranda.

Nunquam ouis incubant, at locum eligere student, vt laruae enatae mox alimentum, quin et securitatem inueniant.

globum e stercore confectum ouo foetum voluit e terra credit Scarabaeus vernalis, pillarius.

cadauera ouis impraegnata sub terra eandem effodiendo summo labore sepelit. Nicrophorus.

spuma, quae calore condensatur, indurescit, oua obducit Mantis, Locusta.

nidum pro ouoruim receptione exitu incuruo sub terra excauat Truxalis, Gryllotalpa.

caudam terrae impingit et oua deponit Gryllus, Acrydium.

pilis corporis puluerulentis oua obducit Bombyx dispar, fascelina, antiqua, lanestris, chrysorrhoea.

ramulis oua in annulum adglutinat Bombyx castrensis.

materia densa tenaci glutinosa oua obuoluit Bombyx Salicis, Cossus.

granis ouuum adglutinat Tinea granella.

in cylindro e folio conuoluto vtrinque clauso ouum abscondit Attelabus Coryli.

apicem abdominis sub aqua immergit et oua deponit sedens Libellula.

apicem abdominis iterum iterumque aquae imbuunt sub volatu et oua deponunt Agrion, Tipula.

aculeo ferrato ramos arborum vulnerat et vulneribus ouum concredit Tenthredo.

aculeo caudae spirali sub abdomine recondito geminas pungit et ouum imponit Cynips, quo Gallae variae oriuntur.

aculeo caudae exerto pungunt ouaque imponunt larvis pupisque, quae nuper metamorphosin subiere, Ichneumones.

oua laruis pupisque tantum adglutinant Ichneumones aculeo destituti.

pedibus anticis foueam fodit, in qua laruam aut araneam occisam sepelit cui ouum credit, orificio vero terra aut argilla claudit Sphex.

e fistulis ligneis aggregatis nidum cylindricum petiolatum conficit Vespa rupestris.

folia Rosae plura materia glutinosa tenaci in cylindrum coniungit, quem florum nectare melleo implet, ouum imponit et orificium folio rotundato claudit Apis centuncularis.

e polline florum cellulas prismatico-hexangulares struunt, melleaque e nectare florum replent, quo larvas nutriunt, Apes.

intra aceruum e quisquiliis foliisque acerosis exstructum oua conseruant Formicæ.

per totum diem supra mammalium dorsum haeret Oestrus, vt inter pilos cada^t ouum.

equorum anum titillat, vt ouum in intestino recto ponat Oestrus haemorrhoidalis.

in sacco filis contexto oua circumfert Aranea saccata.

inter pedes spurios oua gerunt Astaci.

inter valuulas pectorales oua conseruant Onisci.

proprio corpore oua obuolut moriens Coccus,

§. 12.

Educatio laruarum paucis tantum generibus propria. Pleraque nullam earum gerunt curam.

Insecta, vti omnia animalia sanguine frigido gaudentia, nunquam ouis incubant, nulloque parentum amore fouentur, educantur.

Quibusdam vero generibus ad commodiorem vitam et ad laruarum educationem neutra concessit natura. Apis, Formica. Termites. Et quibusdam forte aliis.



X I. V S V S.

§. 1.

Vfus insectorum quamuis minimorum fane magnus. Diuidimus in generalem et specialem.

Absque vsu nil a Creatore sapientissimo confeatum esse, iure meritoque contendimus.

Vfus est vltimus scientiae finis. Praestat insectorum generalis in Philosophicis, specialis in Oeconomicis.

§. 2.

Vfus insectorum generalis, quem in oeconomia Naturae vniuersali edunt, consistit in conseruatione et multiplicatione speciei, in auferendis putridis, languidis, in deton dendis quotannis vegetabilibus, in humoribus animalium superfluis fugendis, in servando aequilibrio inter animalium et vegetabilium species et tandem aliis in alimento cedendo.

Natura tota discordibus constat: quidquid alteri perit, in alterum transit, ne quid superfluum sit, vbi nil deest.

Discordibus hisce, bello hoc omnium contra omnes, renovatur quotannis naturae theatrum et conseruatur nitor aulae sempiternus.

Nititur

Nititur naturale semper alteri, sic animalia nituntur vegetabilibus, vegetabilia terrae, nec terra absque vegetabilibus nec vegetabilia absque animalibus existere valent, e quibus alimentum hauriunt.

Circulus igitur per omnia naturae regna perennis, quo ipso florida aetas et splendor omnium naturalium existentium usque ad totius globi interitum obtinentur.

§. 3.

Ad negotia haec varia infecta alliciuntur commodo proprio, dum e laboribus sustentationem reportent.

Negotia infectorum propria, determinata, nese se aliorum negotiis immisceant illisque lucrum praeripiant.

Sub poena capitali lex haec veneni fangita est, sentibus ipsis inscripta, ne transgreffores excusabiles euaderent.

§. 4.

Conferuatio et multiplicatio speciei necessariae, ut negotiis propriis, determinatis sufficient.

Propagatio speciei ultimus finis creationis videtur. Mox post eruptionem nuptias celebrant et breui tempore pereunt, quum contra ea, quae nondum nuptias celebrarunt, hybernant et vere rediente iterum proveniant.

Conferuationis et multiplicationis impulsores sunt fames, dolor, libido.

Fames haud coercenda ad sustentationem cogit, ne ante peractas nuptias perirent.

Atrox dolor ad conseruationem impellit, ne administratio vacaret.

Effraenata libido ad venerem incitat saepius cum vitae dispendio, vt post parentum interitum liberi eorum officia peragerent.

§. 5.

Consumunt infecta putrida, languida, stagnantia, ne odore tetro aut habitu languido conspurcetur naturae theatrum.

Natura vt perenni semper flore rideat, putrida, acescentia, naturae theatrum conspurcantia ab his naturae ministris consumuntur, dum vegetiora in motu festinent.

Cadauerā putrescentia, foetore aerem impletia afferunt breui tempore Dermestes, Silphae, Staphilini et in primis Muscae. Nil nisi ossa nuda relinquunt, quae sensim resoluuntur, in aera disperguntur.

Cadauerā minora omnino sepeliunt, abscondunt Nicrophori.

Truncos arborum putrescentes sinibus daedaleis perforant Cetoniae, Lucani, Cerambyces, Prioni aliaque plura, vt aqua pluialis intret, acescat, qua fungi alliciuntur et breui tempore totam arborem destructam in humo mutatam inuenimus.

Aquas stagnantes, acescentes, putrescentes filtrant, purificant Culicum laruae numero infinitae.

Aquae sterquiliniorum putridum, foetidum consumunt Muscae putris laruae.

Animalium stercore perforant Scarabaei, Sphaeridia, vt pluuiis lixiuientur, ventis exsiccentur, dispergantur.

Plantas aut a radicis laesione aut a solo peruerso morbosas, languidas inundant, destruunt Aphides, ne triste spectaculum diutius permaneret, ne viuacioribus locum praeripiant.

§. 6.

Detondent quotannis vegetabilia in primis laruae
Glossatorum et Coleoptera quaedam.
Pecora graminibus vicitant, arbores vero altiores infectis relinquunt.
Nullam inuenimus plantam, ne venenatissimam
quidem, quae haud quibusdam infectis pa-
bulum praebeat lautum.

Pini ramos inferiores intrat, exsiccat et cadere facit
Bostrichus Piniperda naturae hortulanus: Ra-
mos vero superiores nunquam aggreditur, ne
arbor umbra radicis deficiente plane peri-
ret.

Scrophulariae animalibus nullis esculentae infecta nutriunt
varia, vti Curculio, Tenthredo, Anthrenus.

Vrtica dioica adultior animalibus nauseosa in primis Papi-
lionum laruas sustentat.

Euphorbia succo lacteo, acerrimo, venenatissimo turgi-
da tamen Sphingum laruis alimentum praebet.

Lichenes aridae nullis animalibus expeditae deuorantur
a Tinea bipunctella, Lichenella.

§. 7.

Infecta haud pauca animalium sanguinem fugunt,
ne nimia plethora destruerentur.

Animalia multa in primis ab hominibus culta ob-
motus defectum et cibi abundantiam obesa,
succo copiosiori turgida perirent, nisi ab in-
fectis ad motum incitarentur a succoque ni-
mio liberarentur.

Pediculi prole immensa hominem animaliaque tor-
quent.

Pulex saliens homines aliaque Mammalia vexat.

Conops calcitrans pedes pungendo calcitationem con-
tinuam boum equorumque efficit.

Acanthia, Culex, Tabanus, Hippobosca per totam aesta-
tem animalia sequuntur, laedunt.

Oestrus per totam hyemem intra animalium dorsum latitat, fonticulo viuo quasi inferuiens, quo humores superflui, nimis abundantes miro naturae adminiculo eliciantur.

§. 8.

Conseruant infecta aequilibrium inter animalium species, ne aliae nimis propagentur et aliis locum praeripiant.

Animalia maxima vti minima infectis castigantur, ne reliqua omnino destruerent.

Animalia maxima mole, fortitudine reliqua superrantia, solis infectis exposita.

Exanthemata viua, Rabies canina, Lues bouilla aliaque plura ab infectis orta strages efficiunt ingentes, at clam operantur minutissima.

Animalia mole minima, at numero, foecunditateque maxima, infinita itidem coercent, vt perennet proportio determinata.

Destruunt larvas pupasque Ichneumones, Carabi, Cicindelae aliaque.

Imaginibus praedantur Araneae, Libellulae Afili, Mantis, Empis.

Aphidum nimiam copiam minuunt Coccinellae, Muscae aphidiuorae.

In propriam speciem saeuunt Araneae, Cantharides.

§. 9.

Conseruant infecta proportionem inter vegetarium species, dum partim propagationi inferuiunt, partim nimia copia luxuriantia destruunt.

Propagationi inferuiunt, dum foecundationem plantarum promouent. Absque insectorum ope multa fane abortirent.

Cynips *Sycomori foecundationi Ficus inferuit. Exemplum iam diu notum, distinctissimum.*

Tipula pennicornis *foecundationem Aristolochiarum promouet, vti Lipsiae saepius obseruauimus.*

Alias vero plantas nimia copia luxuriantes reliquaque opprimentes coercent infecta partim radices destruentia, partim semina devorantia.

Bombyx Graminis *pratorum grama destruit et sequenti anno prata floribus variis diuersicoloribus splendent.*

Tipulae, Truxalides, Melolonthae *plantarum radices deuorant.*

Curculiones, Bruchi, Tineae, Dermestides *aliaque infecta varia plantarum semina exedunt, ne nimis multiplicentur.*

§. 10.

Infecta tandem omnia reliquis animalibus in primis auibus alimento inferuiunt.

Myrmecophagae *omnes formicis sustentantur.*

Aues cantantes, tenuirostres fere omnes *infectis victitant.*

Amphibia omnia *infectis praedantur.*

Pisces omnes *infectis delectantur.*

§. 11.

Vsus *insectorum specialis, quem in oeconomia humana praebent, est medicus aut oeconomicus. Vterque vero a noxa superatur.*

Latet adhuc vsus *insectorum plurimorum, quem forte posterioris aeui diligentia detegit.*

Vsus *insectorum medicus. Cantharides, Meloe, Apes, Spiritus et balneum Formicarum.*

Vsus *insectorum oeconomicus.*

- - esculenta. *Cancer, Astacus, Gryllus.*

- - tinctoria. *Coccus, Chermes.*

Vsus. fila praebentia. Bombyx Mori et forte plura.
- - mel ceramque colligentia. Apis, Vespa.

§. 12.

Noxa insectorum in Oeconomia humana maior
et huius caussa Entomologia Oeconomis
praecipue commendanda.

Insecta laedunt, destruunt omnia. Mole quidem
parua clam operantur, at fertilitate numero-
que immensa valent.

Destruunt prata. Bombyx Graminis, Truxalis, Tipulae.
Laedunt agros. Musca Frit, Thrips, Grylli, Tineae.
Nocent arboribus. Papilio, Bombyx, Curculio, Chry-
somela, Melolontha.

Deuorant plantas. Curculio, Papilio Noctua, Phalaena.
Infestant granaria. Curculio, Tinea.

Fatigant pecora. Oestrus, Tabanus, Conops, Myopa.
Obsunt apibus. Tinea mellonella, Pyralis cereana.

Exedunt vtensilia. Tinea, Dermestes, Termes, Ptinus.
Aggregiuntur homines. Acarus, Pulex, Pediculus, Cimex.

LINNE Diff. *Noxa insectorum* plura conquisiuit.

*Magni omnino res est rerum naturas latebras di-
mouere.* SENECA.



